SYNODVS
DIOECESANA
AB ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. INNICO
CARACCIOLO
EPISCOPO AVERSANO,
Soliique Pontificii Assistente,

CELEBRATA

SUB AUSPICIIS

D. CAROLI BORROMÆI

In Cathedrali Ecclesia Aversana die 4. 5. & 6. Novembris Anno Domini 1702.



ROMÆ. Ex Typographia Rever. Cameræ Apost. 1703.

Indictio Diœcesanæ Synodi Civitatis Aversæ, ejusque Diœcesis.

INNICUS CARACCIOLUS Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Aversanus, Soliique Apostolici Episcopus Assistens.

EXquoDominus noster,per infinitam ejus bonitatem, ad hanc nos Illustrem regendamEcclesiam,meritis, & viribus licèt imparibus, miserabilitèr destinavit, nihil intensiùs perpẽdere, nihilque,pro bona nostra voluntate, perficere curavimus,quàm ea,quæ ad animarum salutẽ,& divini cultus augmentum proficua, & necessaria esse cognovimus. Itaque jam per sex ferè annos, majori qua potuimus solicitudine, & cura conati sumus coram Deo, & hominibus ea providere, quæ ad talem finem summoperè conducere possent: imò laboribus, & vigiliis nostris non parcentes,apud Altissimum etiam humiles preces fundere non cessavimus, ut iis mediis, & modis nos uti largiretur,quæ ad eundem finem consequendum magis efficacia, magisque opportuna forent. Inter plurima autem, cum ad Diœcesanæ Synodi celebrationem animum induxerimus, Sanctissimorum Antistitum exemplo,præsertim prædecessorum nostrorum edocti, illud in mentem venit, ut post susceptum hujusmodi Pastorale munus, & onus, statim Clerum nostrum coram Sanctæ hujus Ecclesiæ tutelaribus in suo vultu cognoscendum, vocem,& admonitiones nostras auditurum, amantissimè convocaremus.

Noluimus autem ab initio per quàm salutarem hujusmodi convocationem accelerare, antequàm per alias sanctarum functionum,& præcipuè Sanctarum Visitationum occasiones, tam de personis singulis, quàm de rebus omnibus, ad hujus Ecclesiæ splendorem, & sanctitatem facientibus, ea auribus, & oculis nostris perciperemus, ac veluti manibus contrectaremus, quæ promovenda, vel removenda forent,quæque amplectenda proponi, & utilitèr disponi possent, sive fugienda, & evitanda salubritèr præcipi deberent.

Post hæc nobiscum recogitantes,quod per plurimorum annorum cursum in hac Diœcesi ab Antecessoribus nostris,justis fortassè ex causis,& impedimentis, Synodus convocata, & peracta non fuit; necnon utilitatem, imò & necessitatem ejusdem convocandæ,& celebrandæ agnoscentes, in præterito Epiphaniæ festo primam nostram Synodum solenni ritu indici, & habendam publicari jussimus in festis, ut sperabamus, nuper celebratis Pentecostes, ut præcipua Sancti Spiritus gratia per ipsos sacratissimos dies corda, & mentes nostras illuminaret, & in omnem induceret justitiam, & veritatem. At quia tum ex privata, tum ex publica causa nonnulla interim acciderunt,propter quæ ejusmodicelebrationem differre coacti sumus, sperantes,quòd remotis citò obiicibus,summi Dei bonitas, & benignitas eam Nobis peragere dignaretur: licet in tempora inciderimus, in quibus omnia propter hominum culpas in universo ferè Orbe longè, latèque turbantur, ad mores reformandos, & corrigendos,sacras,

& sa-

& ſalutares Conſtitutiones condere ſtatuimus auxilio freti, & gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui Princeps, & auctor pacis eſt, eoque favente talem convocationem, & celebrationem decrevimus. Ac proindè eam ipſam in feſto, & ſub auſpiciis glorioſiſſimi Divi Caroli Borromæi, qui Præſulum lucerna fuit, & exemplar, quod erit die quarta menſis Novembris hujus labentis anni, & duobus immediatè ſequentibus diebus, per præſentes convocatorias literas indicimus, & intimamus omnibus, & ſingulis, dilecto nobis in Chriſto Capitulo, Dignitatibus, & Canonicis præfatæ noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, Hebdomadariis, Parochis, aliarumque Eccleſiarum noſtræ Civitatis, & Diœceſis Abbatibus, Rectoribus, Sacriſtis, Cappellanis, Presbyteris, Beneficiatis, Clericis, Gubernatoribus piorum locorum, & aliis, qui ad ejuſmodi celebrationem, tam de jure, quàm de conſuetudine intereſſe, & convenire tenentur: ipſiſque, & eorum ſingulis in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut in noſtra Eccleſia Cathedrali conveniant, ſub excommunicatione, aliiſque pœnis arbitrio noſtro infligendis iis, qui ſine legitima cauſa in Synodo per ſpeciales Procuratores probanda, accedere, & intereſſe non curaverint ab hora decimaquinta præfatæ diei uſque ad dimiſſionem, & abſolutionem ejuſdem Synodi.

Venient omnes libentèr, ut putamus, & ex debito obedientiæ ſimul devotè, & unanimitèr oraturi Dominum Salvatorem noſtrum, ut concedat pacem, & pacis bona in diebus noſtris, quæ à mundo dari non poſ-

ſunt,

ſunt, & interim unuſquiſque mentem elevabit, preceſque ferventer effundet, ut quietam, & tranquillam vitam ubique terrarum, qui chriſtiana profeſſione cenſentur, quacunque frementium prælioram feritate ceſſante, agere valeant; noſque idipſum, eliminatis vitiis, erroribus, & abuſibus, quotidiano in ſpiritualibus profectu, & virtutum omnium incremento adaucto, cum gaudio cordis noſtri quotidiè videre poſſimus.

In quorum omnium, & ſingulorum fidem has literas noſtra ſubſcriptione, ſigillique noſtri impreſſione munitas, per infraſcriptum Actorum Magiſtrum fieri juſſimus, illaſque in valvis noſtræ Cathedralis, aliarumque Parochialium Eccleſiarum, ac in aliis conſuetis locis affigi mandavimus, ità ut omnibus, & ſingulis, quorum intereſt innoteſcant, ac ſi unicuique perſonalitèr notificatæ eſſent. Datum Averſæ ex noſtro Epiſcopali Palatio die quarta Octobris anno Domini 1702. Pontificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Papæ XI. anno Secundo.

Locus ✠ Sigilli

Innicus Caracciolus Epiſcopus Averſanus.

D. Joſeph Mallardus pro Curia Act. Mag.

In-

Instructio Cleri de servandis in Synodalibus Comitiis, celebrandis die iv. Novembris, & duobus sequentibus 1702.

Innicus Caracciolus Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Aversanus, & Solii Pontificii Assistens.

VT ad majorem populi ædificationem Clerus noster, cujus decorem induimus, ad præscriptum Synodalem conventum instructior accedat, ea, quæ ab ipso servanda erunt, sollicitè prædocemus.

I. Ad aulā nostri Episcopalis Palatii, constituta in Edicto prima Synodi die, omnes vestibus talaribus, & superpelliceis mūdis induti, bireta pariter deferentes, accedant, ut ipsis præcedentibus, & nostræ Ecclesiæ Canonicorum comitatu subsequente Cathedralem petamus. Idemque Synodo expleta ultima die servent in regressu.

II. Beneficiati, qui non dum fidei professionem emiserunt, eorum nomina, & cognomina beneficiorum, titulis adjunctis in schedula exarata, post ejusdem fidei professionem Notario deferant, ut adnotentur; atque vocati, sicut & cæteri, ADSUM, respondeant.

III. Parochi omnes omninò conveniant, nec ullo prætextu, etiam si plures in una, eademque Parochia sint, absentiam contegant, relicto tamen pro tempore eorum absentiæ approbato Confessario ad Sacramenta ministranda, & ad ægrotantium curam.

IV. Statis horis ad Synodalem conventum accedant, & à nutibus Cæremoniarum Magistri, quando sedendum, standum, accedendum, genuflectendum, & similia facienda, omninò pendeant.

V. Con-

V. Confabulationes,ſcurrilitates, cæteraſque Synodi perturbationes omninò caveant, imò omnes exacto ſilētio ſervato,præſertìm cum aliquid à ſuggeſtu indicitur, vel publicatur,ad ea,quæ legūtur,& declarātur attendant.

VI. Diſceſſum à Synodalibus actionibus, imò & à locis jam occupatis, antequam actio fuerit penitùs abſoluta, ſingulis prohibemus, niſi rationabilis cauſa Vicario noſtro Generali, vel aliis à Nobis deputatis declaranda præſtet licentiæ locum. Cumque actione expleta ſunt diſceſſuri, non turmatìm,non raptìm, non turbulentèr, ſed decoro,ac gravi inceſſu proficiſcantur.

VII. Precum in Synodi proceſſione decantandarum exemplum habere ſtudeant, ne in earundem alterno concentu diſſonantia, aut confuſio oriatur, & in ipſa Synodali proceſſione Cruces omnium Parochialium Eccleſiarum, eo ordine, quo in ſolennioribus per annum proceſſionibus conſuetum eſt,deferantur.

VIII. Unuſquiſque,cui in hac Civitate Synodi tempore durante immorari contigerit, à tabernis, comeſſationibus, & ludricis actionibus abſtineat, quidquid etiam levitatem olet abhorreat, & tantum quod Clericalis ſtatus dignitati, & venerationi reſpondet, in omnibus ſuis actionibus oſtendere ſatagat.

Qui cōtra hęc noſtra monita,& pręcepta quidquā patrare pręsūpſerit,noſtro arbitrio pro delicti mēſura punietur.

Utque ſingulis præſentes noſtræ inſtructionis literæ pateant, in locis ſolitis affigi juſſimus. Datum in noſtro Epiſcopali Palatio die 4.Octobris 1702.

Innicus Caracciolus Epiſcopus Averſanus.

Die

Die 19.Octobris Dominica ante festum D.Caroli ab Hebdomadariis Cathedralis Ecclesiæ in cantu enunciata fuit sequens ultima monitio.

NOveritis Fratres charissimi, quod Omnipotentis gratia favente Sabbatho hujus Hebdomadæ immediatè sequenti, quæ erit dies quarta mensis Novembris Festo D.Caroli dicata, sub Sanctissimæ Virginis Deiparæ, Sancti Pauli Apostoli Tutelaris, cæterorumq; hujus Aversanæ Ecclesiæ Sanctorum Patronorum auspiciis, ad ejusdem Omnipotentis gloriam Diœcesana Synodus inchoabitur: enixis itàque supplicationibus eorundem, & totius cœlestis militiæ patrocinium invocate, ut Grex nostro vigili Pastori commissus promulgandis legibus instruatur, ex quibus in dies virtutum Domino fructus referat meliores. Amen.

DECRETUM PRIMUM.

Pro Synodi inchoatione.

NOs Innicus Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Aversanus, & Solii Pontificii Assistens. Omnipotentis Dei, ejusque semper Virginis Mariæ, & Apostoli Pauli, hujus Aversanæ Ecclesiæ principalis, ac cæterorum ejusdem Ecclesiæ Sanctorum Patronorum, humillimè opem implorantes, ad ejusdem Omnipotentis laudem, & gloriam hanc primam Diœcesanam Synodum inchoamus. Paraclytum enixè orantes, ut quæ recta sunt, agnoscere, & deindè exequi nos docere dignetur.

DECRETUM II.

De præjudicio non inferendo.

NEmo quidquam præjudicii in jure quæsito sibi illatum agnoscat, si in incedendo, stando, sedendo, aut aliud peragendo aliquod contra suæ dignitatis gradum, vel officium, aut antiquitatem contigerit evenire: omnia enim in eodem statu, ac priùs quàm præsens Synodus congregaretur, firma remanere decrevimus

DECRETUM III.

De deferendis quærelis, & absentium excusationibus.

PRo quærelis, siquæ sint, recipiendis, juxtà Sacrorum Canonum instituta, nostrum Vicarium Generalem deputamus. Nostri tamen erit arbitrii hujusmodi causas ad nos etiam durante Synodo avocare, aliisve ad nostrum beneplacitum committere. Et ipsemet Vicarius absentium excusationes recipiat.

DECRETUM IV.

De non discedendo.

NUlli, qui ad hanc Synodum sive juris, sive consuetudinis vinculo adstrictus accessit, ab hac Civitate, nisi eadem Synodo legitimè dimissa, & expleta, sub pœna excommunicationis discedere liceat: & sub eadem pœna omnes tam de urbano, quàm de Diœcesano Clero, ut suprà, singulis sessionibus, actionibus, & conventibus indictis, & indicendis omninò intersint, nisi ex justis causis à Nobis super hoc fuerit indultum.

DECRETUM V.

De publica Oratione.

QUoniam par est, ut in hoc Synodali conventu Cleri vigeat pietas,& effulgeat devotio, ideò his diebus præcipuè orandum monemus pro Sanctissimo Domino nostro CLEMENTE XI.pro Serenissimo,& Catholico Rege nostro PHILIPPO, necnon pro ipsius Cleri, ac totius populi spirituali profectu.Utque hoc digniùs agatur,ad plenariam indulgentiam lucrandam ab eodem Sanctissimo,pro hac prima Synodo Diœcesana concessam , eundem hortamur preces enixas effundere ad tenorem in ipso indulgentiarum indultu præscriptas , & præcipuè pro Christianorum Principum pace , & concordia.

DECRETUM VI.

De Officialibus Synodi.

DEnique ut omnia exacto ordine,& recta methodo dirigantur,infrascriptos Synodi Officiales statuimus, & declaramus,v3.

D.Antonius Merenda Decanus Cathedralis Ecclesiæ,S. T. D.Synodi Promotor.

D.Joannes Baptista del Tufo Canonicus Presbyter V. I. D. Secretarius.

D.Joseph Ghiaccio Cathedralis Ecclesiæ Cantor , S. T. & V.I.D. ac Protonotarius Apostolicus, Theologus Illustrissimi,& Reverendissimi Dom. Episcopi Aversani.

D.Franciscus Gentile dictæ Ecclesiæ Hebdomadarius, primus Magister Cæremoniarum.

D. Joseph Cantarella Hebdomadarius, secundus Magister Cœremoniarum.

D. Thomas Jovene, Notarius Synodi.

His peractis, Decanus D. Antonius Merenda Synodi promotor institit pro lectione decretorum Tridentini de Fidei professione, & residentia, hoc tenore.

Illustrissime, & Reverendissime Pater, & Domine.

CUm aperto Tridentini Concilii decreto sancitum sit, omnes Ecclesiastica beneficia obtinentes, cum primùm Synodo interfuerint, teneri Fidei professionem emittere, necnon quod in eadem Decreta de residentia perlegantur: propterea, ut ipsa publicentur, reverentèr postulo ego Antonius Merenda Aversanæ Ecclesiæ Decanus, & præsentis Synodi promotor.

Illustrissimus Episcopus respondit, Publicentur.

Quibus lectis, emissa fuit dicta Professio sub breviori forma ab Illustrissimo Domino his verbis.

Ego Innicus Caracciolus Episcopus Aversanus promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voveo, & juro juxtà professionis Fidei formulam ex Bulla fel. rec. Pii PP. IV. singula singulis referendo, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Deindè sub forma præscripta à Pio IV. ab omnibus, qui tenebantur, Secretario è suggestu alta voce recitante, & cæteris repetentibus eadem Fidei professio emissa fuit, ac iidem juramentum præstiterunt in manibus Domini Episcopi tactis Sacrosanctis Evangeliis, his verbis, Ego idem N. N. spon-

ſpondeo, voveo, ac juro, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Poſteà ab eodem Synodi Promotore fuit iſtitum pro electione Examinatorum, Judicum, & Teſtium Synodalium his verbis.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine.

AB eodem Concilio Tridentino, & conſtitutione Bonifacii Octavi mandatur, in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo ſaltèm ſex nominari Examinatores, quorũ tres minimùm cum ipſo, ſive ejus Vicario ad Parochiales Eccleſias provehendorum exameni deſtinentur. Inſuper ut aliqui in dignitate, Canonicatu, vel perſonatu conſtituti eligantur, quibus cauſſæ ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes, præter locorum Ordinarios, à Sede Apoſtolica, aut legatis committi poſſint. Nec non, juxtà Canonum ſtatuta, in Teſtes Synodales aliqui probati viri eligantur. Undè ego idem qui ſuprà hujus Synodi promotor à Dominatione Tua Illuſtriſſima hos omnes proponi humillimè rogo.

Poſt quam inſtantiam de mandato Illuſtriſſimi Domini Canonicus Secretarius legit ſequens

Decretum de Examinatoribus Synodalibus.

INhærendo decretis Tridentini Concilii, ut Examinatorum officio fungantur, hos pietate, & doctrina dignos Viros vobis proponimus.

Exa-

Examinatores Synodales.

D.Dominicus Muccionius V.I. D.Protonotarius Apostolicus, noster Vicarius Generalis.

D.Antonius Merenda Decanus Ecclesiæ Cathedralis, Sac. Theol.Doctor.

D.Joseph Ghiaccio Cantor ejusdem Cathedralis S.T. & V.I.D.Protonotarius Apostolicus.

D.Joannes Baptista del Tufo V.I.D.)
D.Nicolaus Rosa V.I.D.Pœnitentiarius.)
D.Anselmus Macchia V.I.D.Canon. Theologus.) Canonici Cathedralis.
D.Octavius Cappella V.I.D.)
D.Joannes Baptista de Jorio V.I.D.)
D.Joseph Milenzius S.T.P.)

D.Philippus Fabozius Parochus S.Nicolai de Aversa S.T.P.

D.Carolus Fidelis Parochus Suburbii Savignani S.T.P.

D.Blasius Faraldo Parochus Portionarius Terræ Caivani S.T.P.

D.Antonius Basile Parochus Sancti Nicolai Terræ Juliani V.I.D.

D.Joseph de Fusco Parochus Cardeti S.T.P.

D.Sebastianus Capaccius Parochus Casapisellæ S.T.P.

D.Agnellus Mastria V.I.D. Rector Seminarii Aversani.

D.Marcus Antonius Attaffi V.I.D.

P.Andreas Costa Clericus Regul.Minist.Infirm. S.T.P.

Fr.Franciscus à Suessa Ord.Min.Observ. S.T.L.

Fr.Antonius Fabozzo Ord. Min. Convent. S.T.M.

Fr.Antiochus Zuccaro Ord. S.Franc. de Paula S.T.L.

Et

Et facta per Synodi Secretarium interrogatione per verba, Placent ne vobis? ℟. Placent.

Posteà per eundem Secretarium fuit lectum.

Decretum de Judicibus Synodalibus.

CUm ex decretis S. T. C. ac constitutione Bonifacii Octavi, aliorumque Summorum Pontificum cõnstet eligendos esse Synodales Judices, quorum judicio per Sanctam Sedem Apostolicam caussæ delegari possint, subsequentes pro tali negotio peragendo vobis declaramus, sunt itàque

Judices Synodales.

D.*Antonius Merenda Decanus Ecclesiæ Cathedralis, Sac. Theol.Doctor.*

D.*Joseph Ghiaccio Cantor ejusdem Ecclesiæ, S.T.& V.I.D. Protonotarius Apostolicus.*

D.*Joannes Baptista Compagnonus Archidiaconus V.I.*D.

D.*Nicolaus Rosa V.I.D.Pœnitentiarius.*)

D.*Angelus Ranerius S.T.& V.I.*D.)Canoni-

D.*Franciscus Carobene V.I.P.*)ci Cathe-

D.*Antonius Valcarcel S.T.*D.)dralis.

D.*Marcus Antonius Attaffi V.I.*D.)

Rogavit iterum Synodi Secretarius, Placent ne vobis? ℟.Placent. *Deindè fuit lectum.*

Decretum de Testibus Synodalibus.

PErlaudabili veterum canonum lege cautum est, probatos aliquos deligi viros, qui irrepentes fortasè in

Diœ-

Diœcesibus improbos mores, & abusus advertant, eosque Episcopis deferant, ut malis imminentibus possint occurrere: eos igitur, qui in hac schedula nostro sigillo obsignata descripti sunt, quorum nomina meritò reticentur, pro hac nostra Diœcesi ad tam meritorium, & insigne opus eligimus.

Quibus lectis accesserunt Domini Examinatores electi, & juramentum præstiterunt coram Illustrissimo Domino Episcopo tactis sacris Evangeliis hujus tenoris.

Ego N. N. Examinatoris officium, quod suscipio, spondeo, voveo, ac juro, me, quacumque humana affectione postposita, fidelitèr, ac sincerè quantum in me est, exequuturum, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Deindè Synodi Promotor istitit pro publicatione decretorum Synodi tali forma.

Illustrissime, & Reverendissime Pater, & Domine.

VT Clero adstanti, totique Gregi tibi commisso quid sibi agendum sit pro Dei majori gloria, & hujus Ecclesiæ regimine, eorumque animarum salute innotescat, Decreta, quæ aut nova edere, aut priùs sancita confirmare tuæ Dominationi Illustrissimæ placuit, ego ipse, qui suprà, Synodi Promotor suppliciter oro, ut promulgari jubere dignetur.

Illustrissimus Dominus respondit, Promulgari mandamus.

Tunc, cum idem Illustrissimus Dominus accepisset decreta Synodalia à Reverendissimo Domino Vicario Generali

eadem

eadem Canonico Secretario tradidit, qui suggestum ascendens legit quædam ejusdem Synodi capita. Cumque advesperasceret, prorogata fuit sessio, Illustrissimo Domino annuente, pro die sequenti ab eodem Secretario his verbis:

Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Domnus Innicus Caracciolus Aversanæ Ecclesiæ Episcopus in hac Diœcesana Synodo præsidens, ejusdem continuationem indicit in sequentem diem, quæ erit quinta Novembris, eidemque adesse mandat, omnes, qui tenentur.

Quibus peractis Hebdomadarius Cathedralis rubro pluviali indutus in cantu tria orationis capita exposuit, Illustrissimo Domino in faldistorio, & cæteris de Clero genuflexis.

CAP. I.

Corpore genuflexi, & corde humilitati patrocinium Sanctissimæ Virginis implorantes, ac Beatissimi Apostoli Pauli, aliorumque Patronorum nostrorum, necnon D. Caroli, sub cujus auspiciis hæc Synodus inchoatur; Orate, Fratres Charissimi Deum Patrem Omnipotentem, ut animas vestras defectibus inquinatas prævio opportuno dolore clementer expurget.

CAP. II.

Pro Sancta Catholica Ecclesia, ejusque capite Summo Romano Pontifice nostro Clemente XI. enixas preces effundite, & eandem Deus totius orbis Magistram reddat, & Matrem, eumque incolumem diù servet, & regat.

CAP. III.

ORate pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Epiſcopo noſtro INNICO, ut donis cœleſtibus impleatur, ejuſque verbo, & exemplo commiſſus ſibi populus ſpiritualibus proficiat incrementis, ac pro ejuſdem miniſtris, ut ad menſuram ſui quiſque laboris ab Omnipotenti cœleſtis benedictionis recipiat largitatem.

Seſſio ſecunda habita die Dominica, ſcilicet quinta Novembris de mane.

Miſſa, & cæteris cæremoniis expletis, Illuſtriſſimo Domino in ſuo Throno ſedente iſtitit Promotor Synodi pro decretorum proſequtione lecturæ.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Pater, & Domine.

CUm lectio decretorum Synodalium expleri nequiverit in præterita ſeſſione, ego Domnus Antonius Merenda hujus Eccleſiæ Decanus, & præſentis Synodi Promotor obſequentiſsimè poſtulo, ut eorundem lectionem dominatio tua Illuſtriſsima proſequi præcipiat.

Illuſtriſſimus Dominus reſpondit: Proſequatur lectio.

Et Canonicus Secretarius acceptis ab Illuſtriſſimo decretis, & aſcenſo ſuggeſtu lecturam proſequtus fuit uſque ad horam 19. & continuata deindè poſt Veſperas uſque ad ſerò; ſed cum adhuc non eſſet expleta, idem Secretarius ex mandato Illuſtriſſimi Domini indixit continuationem ſeſſionis pro die ſequenti, quæ fuit ſexta Novembris, ut ſuprà, & deindè ab Hebdomadario in cantu expoſita fuere ſequentia capita orationis mentalis.

CAP.

CAP. I.

OMni devotione oremus, Fratres Charissimi, Deum Patrem, ut jugum sanctæ legis, quam alieno præconio noster Præsul prænunciat, ad majorem sui gloriam nos suaviter ferre ipse dignetur.

CAP. II.

FRatres orate, & spiritualem retributionem in hoc sæculo, & sempiternam frugem omnibus in hac Synodo assistentibus, ac in ea velut in vinea Domini laborantibus, Deus clementissimè impertiatur.

CAP. III.

DEum quoque, Fratres, humillima oratione precamini, ut totius hujus Cleri corda Sancti Spiritus rore perfusa in ea erumpant virtutum exempla, ut omnis populus in bonis operibus salubritèr instituatur.

Benedictio, & discessus, ut superiùs.

Sessio Tertia habita die sexta Novembris.

Omnibus peractis ad præscriptum cæremonialis, Synodi Promotor institit pro lectionis continuatione, tali pacto.

Illustrissime, & Reverendissime Pater, & Domine.

ALiqua adhuc perlegenda remanent pro Synodi complemento, ideò ego, qui suprà, hujus Synodi Promotor supplicitèr insto, ut ejusdem lectionis cursus continuetur.

Respondit Illustrissimus: Continuari jubemus.

Et acceptis à Secretario decretis, ut ſuprà, eadem publicavit uſque ad finem quartæ partis, & tunc Illuſtriſſimi Domini juſſu ejuſdem lecturæ continuationem indixit pro hora Veſpertina, inſtantiùs monendo omnes, & ſingulos eidem intereſſe debentes, omninò intervenire, quia Clerus nominatìm vocandus erat, debitum obſequium, & obedientiam Illuſtriſſimo Domino præſtiturus.

Benedictio, & diſceſſus, ut ſuprà.

Continuatio ejuſdem ſeſſionis hora veſpertina.

Cæremoniis adhibitis juxtà ritum præſcriptum, Promotor Synodi iſtitit hoc tenore pro Concluſione lecturæ.

Illuſtriſsime, & Reverendiſsime Pater, & Domine.

MOdicum quid remanet pro coronide lectionis præſentis Synodi, propterea quæ ſuperſunt publicari reverentèr deprecor, ut Dominatio tua Illuſtriſsima decernat, atque ad actus concluſivos deindè deveniamus.

Illuſtriſſimus reſpondit: Compleatur lectio.

Itàque acceptis à Canonico Secretario, ut ſuprà, decretis, metam lectionis abſolvit uſque ad finem quintæ partis.

Lectione igitur dictorum decretorum integrè completa, idem Canonicus Secretarius Capitulum, & Canonicos, necnon totam Synodum rogavit num ipſis ea placerent, his verbis:

Placent ne vobis Domini Canonici, Curati, & tota Synodus, quæ hactenùs decreta ordinata, & conſtituta ſunt?

Domini Canonici, & tota Synodus ℟. Placent.

Ex-

Exceptis duobus Deputatis de Clero, qui declarationem aliquorum dubiorum rogaverunt, ut in fine præsentis Synodi fusiùs enunciatur.

Hæc autem interrogatio fuit facta ex indulgentia, & benignitate Illustrissimi Domini Episcopi, Cleri enim consensus, aut approbatio circa leges Synodales non requiritur, ut pluries Sacra Congregatio Concilii decrevit, præsertìm in una Veneta die 27. Aprilis 1592. & Oriolen. 27. Martii 1632. ad 14. & 15. ac in Fulginat. 26. Februarii 1639.

Post hæc Promotor Synodi institit pro vocatione Cleri, talitèr.

Illustrissime, & Reverendissime Pater, & Domine.

QUoscumque, qui huic Diœcesanæ Synodo de jure, vel de consuetudine interesse tenentur, si defecerint, juxtà culpæ gravitatem puniri debere Tridentinum, & alia Concilia decreverunt: ideò, ut inobedientes dignoscantur, ego, qui suprà, hujus Synodi Promotor instantissimè postulo, ut singulos de Clero Dominatio tua Illustrissima vocari præcipiat.

Respondit Illustrissimus: Vocari mandamus.

Undè alta voce singulis à Synodi Notario vocatis, & illis respondentibus, Adsum, *obedientiam Illustrissimo Domino in throno sedenti præstiterunt per ordinem, juxtà ritum Rit. Rom. præscriptum.*

Quibus peractis Promotor Synodi institit cōtra contumaces.

Illustrissime, & Reverendissime Pater, & Domine.

QUoniam aliqui, qui præsenti Synodo intervenire tenebantur, deprehensi sunt non interfuisse, ideò

eosdem

eosdem pœnis à Sacris Canonibus constitutis affici reverentèr insto ego idem, qui suprà, Antonius Merenda Synodi Promotor. *Respondit Illustrissimus*: Puniri decernimus.

Post quæ ob temporis angustiam dimisso prolixiori sermone, Illustrissimus ex Pontificali dixit illam Orationem Nulla est Domine.

Insuper Promotor Synodi istitit pro ejusdem dimissione; scilicet

Illustrisšime, & Reverendisšime Pater, & Domine.

CUm omnia sint ad finem redacta, & Deo dante felicitèr expleta, ego idem, qui suprà, Synodi Promotor humillimè peto, ut Dominatio tua Illustrissima Synodum concludere, & quemque ad propria dimittere dignetur, paterna benedictione elargita.

Tunc annuente eodem Illustrissimo Domino, Canonicus Secretarius è suggestu legit sequentia.

Nos Innicus Caracciolus Episcopus Aversanus, & Solii Pontificii Assistens, in hac Diœcesana Synodo Præsidens, ad Dei Omnipotentis, ac Deiparæ semper Virginis MARIÆ, B. Pauli Apostoli, aliorum SS. hujus Ecclesiæ Patronorum laudem, & gloriam, primam hanc nostram Diœcesanam Synodum sub eorundem tutelamine, & auspiciis convocatam, & congregatam, omnique solennitate celebratam denunciamus jam absolutam, atque completam, & præsentium tenore dimissam decernimus: quapropter Fratres, Filiique dilectissimi cunctis, & singulis vestrum liceat proprias repetere regiones, ac ædes.

Vos

Vos tamen enixè in Domino hortamur, imò & deprecamur, ut tales populis prælucere ſatagatis, quo veſtrorum operum, & vitæ exemplo quiſque morum innocentiam induatur, & divini Numinis amore inflammetur, undè ex hujus Synodi celebratione non tantùm vos, qui in ſortem Domini eſtis vocati, ſed totum nobis commiſſum gregem uberrimum in Domino fructum collegiſſe ab omnibus intelligatur.

Poſtremò Promotor Synodi iſtitit pro rogitu actorum, his verbis.

VT futuro tempore omnia, quæ in hac Diœceſana Synodo Averſana, Dei annuente gratia, legitimè peracta ſunt, à memoria non excidant poſterorum, ego D. Antonius Merenda Decanus, ut ſuprà, & ejuſdem Synodi Promotor inſtantiſſimè rogo à Dominatione tua Illuſtriſſima mandari Reverendo D. Thomæ Jovene hujus Synodi Notario, ut de omnibus in ea actis publicum, & ſolenne conficiat inſtrumentum. *Reſpondit Illuſtriſſimus:* Inſtrumentum conficiatur. *Cui præſatus D. Thomas Synodi Notarius reverentèr reſpondit:* Promptus ſum.

Tunc Illuſtriſſimus Dominus intonavit hymnum Te Deum. *Canonicis, & Clero proſequentibus alternatìm, quo expleto Hebdomadarius, ut ſuprà, in cantu propoſuit ultima tria capita Orationis mentalis.*

CAP. I.

HUmilitèr obſecrate Deum Omnipotentem pro Sereniſſimo, & Catholico Rege noſtro PHILIPPO, ut cui multarum gentium conceſſit Imperium, vires paritèr

idem

idem conservandi largiri dignetur, atque vitiorum monstra spirituali virtute prosternere.

C A P. II.

PReces effundite, Fratres, temporales Principes, atque Magistratus semper recta sapere, ut populus, quorum prudentia regitur, de eorum justitia, & lenitate lætetur, eosque Ecclesia obedientes, & sui defensores experiatur.

C A P. III.

FRatres dilectissimi profunda humilitate, & unanimi fervore Christum Dominum rogate, ut huic Diœcesano gregi fidei firmitatem, pietatis augmentum, vitiorum fastidium, ac spiritum concedat vegetiorem, & eum ab omni calamitatis, terrorisque periculo eripiat, eique Terræ fructus, optatam tranquillitatem, & pacem jugitèr largiatur, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Et Clero remanente genuflexo, eidem Illustrissimus Dominus solennem impertitus est benedictionem. Fueruntque à Domino Cantore assistente publicatæ Indulgentiæ in forma consueta, atque Canonico Diacono dicente: Recedamus in pace, *& Clero respondente*: In nomine Christi, *Illustrissimus Dominus discessit, quem Canonici, & totus Clerus comitati fuere usque ad aulam Palatii Episcopalis.*

F I N I S

Actorum primæ Synodi Diœcesanæ Aversanæ.

ORATIO

ORATIO

PRO SYNODO DIOECESANA AVERSÆ

Habita die 4. Novembris 1702.

A REVERENDO D. GABRIELE DE LYSA
Seminarii Civitatis Averſæ Alumni.

NON publici occaſione negotii, nec alia de cauſa, ſed Deo annuente accidiſſe exiſtimo hunc Synodalem conventum, diebus proximæ præteritæ Pentecoſtes celebrandum, ut plenitudine Spiritus, & Divini amoris igne afflante, corda hominum ad meliorem frugem accenderentur, uſque ad hæc tempora dilatum eſſe. ſic enim diſpoſuiſſe Omnipotentem opinor, ut normam Eccleſiaſticæ diſciplinæ, non aliis, quàm ſub Divi Caroli auſpiciis Præſulum magnopere vigilantium meritò Anteſignani acciperemus. Et profectò quæ mens, quis animus, in hac Synodo congerenda fuit noſtri prudentiſſimi Pa-

ſtoris, ac Legislatoris, niſi mores corrigere, diſciplinam Eccleſiaſticam inſtaurare, vegetiorem Charitatis in nobis ſpiritum inducere, vel augere? meritò itàque ſub Caroli Patrocinio, qui Sacerdotii Columba, Vaticani Candelabrum, & Eccleſiæ Angelus dictus eſt, id agere apprime convenerat.

Summo item conſilio, Illuſtriſſime Præſul, poſt perluſtratam pluribus, atque oculatiſſimis viſitationibus tuam ampliſſimam Diœceſim, tandem hæc Sacra Comitia indixiſti. Noſti etenim omnia Prædeceſſorum tuorum olim ſollicitudine optimè conſtituta, ut in cultu religio, in Eccleſiis nitor, in omnium animis effloreſceret Pietas. Noſti pariter, ut uſuvenire ſolet, ea, quæ ab initio optimis fuere temperata inſtitutis, firmiſſimis vallata ſanctionibus, vel temporum injuria, vel humanæ conditionis vitio, primum paulatìm inclinaſſe, mox funditus corruiſſe. Nulla quæque optima in Terris, ità memoriæ hominum commendata reperiuntur, ut dici poſſint æterna; nonnulla enim imminuta longè, nonnulla excidiſſe protinus apparent. quippè vitia, velut inutiles herbæ, ſuopte ingenio ſuccreſcunt uberrimè, & proh dolor, quæ ad Pietatem, morumque innocentiam fuerunt ſapientiſſimè ordinata, quaſi ſtare diutiùs ſuo loco neſciant, cum hoſtis vaferrimi quaſſata robore, tum ſpontè ſua, ſuaque mole, ut eſt mundana conditio, corruunt. Agitur in præceps ſeculum, trahimurque omnes furentèr cum eo, vel ipſius illecebris, vel propriis cupiditatibus adacti. Vigilat ad excubias cataſcopus Satan, & dormientibus ſci-

ſcilicet Eccleſiæ Rectoribus, zizaniam ſuperſeminat in fertiliſſimo Eccleſiæ Agro, qui ni ſterileſcit, inutilibus tamen graminibus, ac fruticibus obſitus Vitiorum unguibus domicilium præbet.

Hinc ſalutaris Conciliorum coactio tantoperè in ſacris literis commendata, ad hæc uſque Tempora ab Univerſali Eccleſia, Primatibus, Patriarchis, Metropolitis, & Epiſcopis exculta, ut exundantibus vitiis, cultoſque Eccleſiæ campos vaſtare nitentibus firmiſſimis Sanctarum legum aggeribus occurratur.

At enim in tali diſcrimine, Dei gratia, non verſamur. vireſcit in hoc Populo pietas; floret in Clero Religio; adoleſcit in noſtra Clericali militia Sanctitas.

Utinam res ità haberet; non enim his foret opus ſactionibus,præſertìm ſi militiæ nomine gloriantes militare indueremur munus. nam quæ conventio lucis ad tenebras? oſcitantiæ ad ſollicitudinem? Quæ ſocietas Chriſti cum Belial? intemperantiæ ſcilicet luxus, cum Sacerdotum ſanctitate,ac modeſtia? Utinam Eccleſia noſtra velut Caſtrorum Acies ordinata,noſque ipſi,ut mandatur, fortes in bello ſtemus, exerciti Tyrocinio pietatis, auſpiciis illecti gloriæ, cupiditate inflammati ſanctitatis, præcincti gladio Aſtreæ, ut in Caſtris probitatis recipiamur; armati moribus Innocentiæ, modeſtiæ Armis muniti, ſub ſignis Temperantiæ merentes; acturi prælia fortitudinis,infenſi in hoſtes humanitatis; accenſi ad vitiorum profligationem, deque his victoriam reportaturi, facturi tandem ſtipendia immortalitatis quotidiè exerceremur.

 Cæ-

Cæterum inter nos, & ſeculi milites comparatio per antitheſin. Ad urbium excidia illi avidiſſimè convolant: ad Populorum ædificationem totas nos vires exerimus. Gaudent illi inter rixas, & in jurgiis debacchantes etiam amicorum ſanguine commaculantur: at lachrymas ſine lachrymis in proximorum oculis, aut vulnera in aliorum corporibus, nonniſi exulcerato corde, nos decet intueri. Martem illi referre ſtudentes viribus non abhorrent & Veneri militare in Amoribus: mulierum venuſtas, neque oculis nobis eſt deliberāda. Certant illi aciem, & convivia componere, vina fundere, & cruorem, epulas, & pericula devorare: nos ea ſola fame teneri oportet, ut fame perditos ſaginemus, ac laborantes inedia pauperes jugiter Triumphali epulo excipiamus. Sedet tandem illis militaris licentia, atque audacia: nobis modeſtia, & manſuetudo. Illis ſuperbia, & avaritia: nobis humilitas, & liberalitas. Illis Ira, & intemperantia: nobis lenitas, & frugalitas. Illis acerbitas, & luxuria: nobis Charitas, inquam, & caſtitas arridere omnimodis debet.

Sed quid, ſat erit ſi hæc impleverimus; ſi præmemoratis Armis navitèr militemus? Num omnes partes noſtras expleviſſe cenſebimus, ut tandem pace, & otio perfruamur? Sacerdotibus Magnum inditum nomen, eximia Dignitas, maxima Provincia eſt demandata, quam noſtri captus cæcutiens acies, noſtri cordis anguſtia capere neſcit, perpendere minimè valet. Quiſnam noſtrum omnigena literarum cognitione, perfecta morum Innocentia, omnimoda pollet animi integritate?

Imò,

Imò, ut Apoſtoli uſurpem verba, flens dico, Jam jam receſſerunt aurea illa ſecula, cum non modo infimi Eccleſiæ miniſtri, verùm qui ad hanc ſacram militiam nondum erant adſcripti, ſed tantummodò deſignati, ea videbantur ſanctitate, Fide, ac Pietate inſigniti, ut nihil modeſtius, nihil gravius, nihil integrius, nihil Religioſius inveniretur.

Tolerabilius hoc: at quo luctu Patres antiqui non ingemiſcerent, ſi noſtri temporis Clericos, ac Sacerdotes aſpicerent, ludis, venationibus, commeſſationibuſque deditos? Cætera ſileo turpia caſtarum aurium offenſiva, ut modeſtiæ veſtræ morem geram. Vos enim arguere non audeo; tantùm obſecro meminiſſe verba Gregorii ter maximi è Vaticana Tripode juſtiſſimè clamitantis. *Nullum puto, Fratres Chariſſimi, ab aliis majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus Deus tolerat, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit; quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus*: ergo, dilectiſſimi noſtri memores ſimus oro, obſecro, ac obteſtor, inſigne, & venerabile Sacerdotis nomen priſtinæ conemur dignitati reſtituere; ab omni ſeculi contagione immunes, vigiliis, & orationibus vacemus; noſque, Deo auſpice, ab omni hujus mundi cupiditate ſejunctos, Pietatis Anteſignanos, Catholicæ Religionis Primipilos, ac ſanctitatis Proceres exhibeamus, & præſulis noſtri digniſſimi, ac vigilantiſſimi exemplo docti, & ſanctis recti legibus incremento virtutum ſemper proficiamus, nedum faciles ad morum correctionem,

nos

nos ipſos, populumque reddamus æquo animo,nec mulctas, cenſuraſque pertimeſcentes ſerviliter illis contraire reformidemus mox publicandis Sanctionibus,atque ipſis obtemperantes vitiorum agmina percellamus,non deſperātes ſub tanti Paſtoris cuſtodia,bonorum,ac fidelium ſervorum præmia conſequuturos eſſe, in gaudium Domini introeundi: in hac enim totus eſt ſollicitudine, paratus quæcumque ſubire incommoda, ſubire diſcrimina. Ejus exemplo, ejuſque directione ſit noſtris Domina in Animis ratio, domita in membris cupiditas; inſignis in propatulo modeſtia; in penetralibus Sanctitas; in Templis Religio; Neglectus ſeculi luxus; ſingularis in Foro æquitas; ardens in proximis Charitas; ſplendens in operibus Pietas; Innoxium in Civitate otium; Armata in moribus Innocentia. Nunquam ab inſtruendis rudibus animos, ab excipiendis flagitioſorum piaculis aures, à proſpiciendo egenorum miſeriis oculos, à præſtandis in rebus dubiis conſiliis linguam, à ſublevandis proximorum oneribus humeros ſubducamus. Noſtrum, noſtrum eſt,ſi in domibus diſcordia diſſidet, pacem adiicere; ſi in juvenibus impudicitia æſtuat, faces extinguere; ſi in Animis Conſtantia fluctuat ſecurum in portum reducere;ſi corda premuntur triſtitia, alacritate ſublevare; ſi in Civitate graſſatur Calamitas, animos adiicere; ſi in Elatis exultat audacia,habenas modumque imponere; ſi in Eccleſiis labaſcit Religio, humeris fulciri; ſi in Populo rebellat improbitas, animos, arma, bella ſuſcipere.

Sic operando noſtræ erunt actiones non vulgares,

non

non è Trivio, ſed eximiæ, & munere noſtro digna, ità, ut Populorũ in Animis oborietur erga nos veneratio, & nobis annuentibus compeſcentur Jurgia, extinguentur odia, Arma habetabuntur, miteſcet feritas, & inſueta licet, ac inaudita barbaries ad Pietatem erudietur.

Tu interim Virgo glorioſiſſima, cujus patrocinio fovemur, vires ſuffice pares, ut noſtra opera tantæ reſpondeant Dignitati. Tu Doctor Gentium, Vas electionis, Sancte Paule Apoſtole Tutelaris ingere noſtris pectoribus Charitatem, præſta robur, fer auxilium. Tu Sancte Carole Paſtorum Vexillifer, cujus hodie feſtum diem colimus, fac, ut munia, quæ Chriſtus, & Eccleſia nobis injunxit, quæque nobis in votis ſunt, opere perfectè impleamus.

F I N I S.

CON-

CONSTITVTIONES DIOECESANÆ

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINI

D. INNICI CARACCIOLI EPISCOPI AVERSANI

EDITÆ

In prima ab eo celebrata Synodo Anno Domini 1702.

In nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Nos Innicus Caracciolus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Averſanus, Soliique Pontificii Aſſiſtens.

CUPIENTES Paſtorali ſollicitudine univerſum gregem, noſtræ Fidei Dominica diſpenſatione, nullis licèt meritis, concreditum, ſalutaribus imbuere diſciplinis; omnemque ab eo tùm defectionis levitatem excutere, tùm pravitatis ſemitam eminùs ablegare, atque eundem ad rectam vivendi normam, ſi temporum viciſſitudine vel parùm ab ea deflexerit, promovere: Divini Numinis afflatum, ad cujus augendam gloriam, venerationem, & lau-

dem, per integram eorum, quæ hic præcipiuntur, observantiam, Immaculatæ Matris ejus Virginis Mariæ, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, omniumque Sanctorum, quos sui Patronos hæc alma proclamat Ecclesia, necnõ totius cœlestis Curiæ suffragium, deindè imploramus hæc omnia, & singula ad Animarum nobis commissarum incolumitatem, nostræque Diœcesis irradiationem saluberrimè pertinentia, à Sacrorum Canonum, & œcumenici Tridentini Concilii sanctionibus minimè aberrantes, & pluribus absolutis Visitationis nostræ decursibus sensìm discussa, lenique digesta consilio, decernimus, sancimus, statuimus, præscribimus, & promulgamus.

PARS PRIMA

De Fide Catholica Profitenda, Tradenda, atque Tuenda.

CAPUT PRIMUM

De Fidei Professione.

APostolus, qui universum prædicatione sua Mundum docuit, Aversanæ super basiliscum ambulantis Ecclesiæ, evaginato semper ense propitius de excelso Tutelaris, Evangelicam Legem,

Vir-

Virtutum omnium Plenitudinem, quam Christus Dominus verbis tradidit, & exemplo præcepit, Unius Legem Fidei appellavit: non ut Romanis indiceret, eam non esse Legem operum, sed ut omnibus evangelizaret, christianæ celsitudinis fabricam Fide fulciri: hanc esse mysticam arborem, cujus in ramis Angelicæ Virtutes, velut Cœlorum nidificant aves: huic insidere, neglectis terræ virgultis, sublimes Animæ Disciplinas, quæ de Cœlo jactant originem. Cum igitur ordine illa prima sit, & parens quædam, generatioque Virtutum, ejusque fundamento Catholicæ Perfectionis inconcussa soliditas innitatur; summum Pastoralis Officii negotium semper fuit, ejus illibatæ Puritati servandæ pro viribus excubare, ejusque Regnum ab hostium incursione defendere. Sed quia præcipuas Catholici partes is implet, qui à Deo insitum verbum & corde credit ad Justitiam, & ore confitetur ad salutem, à Fidei Professione Synodales nostræ Sanctiones ducent exordium. Super qua, Pii IV. Constitutioni, & Sacri Concilii Tridentini Decretis inhærendo, statuimus, & sancimus.

Pius IV. Cōstit. 89. Injūctum nobis.

1. Omnes, qui ad Fidei Professionem de Jure sunt obstricti, nullatenùs se excusandos esse præноverint, quìn saltèm per specialem Procuratorem intra præfinitum tempus illam emittant, eandem per se, postquam impedimentum cessaverit, emissuri: & hoc in manibus nostris, aut Vicarii nostri Generalis omninò præstandum.

1. Concil. Trid. sess. 24. de Refor. cap. 12. Synod. Caroli Carafæ hoc titulo.

 2. Hac

2. Hac obligatione comprehenduntur Provisi de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis in Ecclesia nostra Cathedrali, non coram Nobis, aut Vicario nostro Generali tantummodò, sed etiam in Capitulo.

2. Trid. cit. sess. 24. cap. 12.

3. Item evecti ad Beneficia, quibus cura adjuncta est Animarum. Utrique verò intra bimestre à die adeptæ possessionis, aliàs ipsis minimè suffragaturæ.

3. Concil. Trid. loco cit.

4. Concionatores, & Confessarii sive Seculares, sive Regulares priusquam Divini verbi prædicationem, aut Sacramentalis pœnitentiæ ministerium respectivè adoriantur.

4. Concil. Prov. Neap. Card. Cantelmi eodem tit. Synod. Petri Ursini hoc titulo.

5. Quicunque publicè, vel privatìm liberales Artes, Philosophicas Disciplinas, Juris utriusque Peritiam, aut sacram Theologiam edocendi munus assumpserint.

5. Pius IV. constit. 88. in Sacrosancta cit. Prov. Concil. Neap. Synod. Petri Ursini, & Caroli Carafæ.

6. Grammaticæ Præceptores, postquam à Nobis fuerint de vita, & moribus, ac de sufficientia, prævìo examine, approbati: & antequam aperiendæ scholæ facultatem nostram in scriptis gratis dandam, & Parochis, intra quorum Paræciæ fines hujusmodi exercitio eos vacare contigerit, ostendendam, obtineant, sub pœna ad nostrum arbitrium.

6. S.C. Concilii in Terracin. 29. Augusti 1581.

7. Huic paritèr oneri in ea Synodo, cui primùm de Jure, vel Consuetudine interfuerint, omnes Beneficia Ecclesiastica assequuti, satisfacere non omittant.

7. Trid. sess. 25. de Ref. c. 2.

8. Præter enumeratos discant ulteriùs ad iteran-

8. Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de Reform.

randam Fidei Professionem se teneri, qui denuò Dignitatem, Præbendam, vel Parochiam adipiscuntur, etiam quam antea habuerant, & dimiserant, & hoc absque alia monitione.

9. Profitentium nomina, cognomina, pater, patria, tempus, locus, causa, sicut & persona, in cujus manu Professio fit, per Cancellarium nostrum referantur in librum ad futuram rei memoriam, in Archivio Episcopali asservandum; in quo etiam quilibet Profitens se subscribere teneatur. Hæc autem quoad Concionatores, & Confessarios gratis fiant. 9. *Synod. Petri Vrsini, & Caroli Carafæ eodem tit.*

10. Ex præallegata Pii IV. Constitutione, Forma, sub qua Fidei Professio emittenda erit, ab omnibus desumatur.

CAPUT II.

De Doctrina Christiana.

Audiant Dominum, qui pondus sustinent Animarum, auribus percipiant verba clamoris ejus, cum per Prophetam ait: *Canite tuba in Sion: vocate cœtum: coadunate populum: congregate parvulos, & sugentes ubera.* Et alibi per se ipsũ: *Sinite parvulos venire ad me.* Tenella enim Animarum germina sollicitè, & præmaturè è domibus sunt transferenda, ut fontium divinorum scatebris, quibus de superioribus suis irrigat Deus, foveantur, & crescant. Non in solo pane vivit homo, nec in solo *Doctrina Christiana.*

lacte

lacte nutritur puer: habet & anima suum cibum, quo alitur, virtutumque divinarum sumit incrementum. Is nimirùm sunt Fidei Catholicæ rudimenta, quibus puerorum infantia ad vitam vegetatur solidiorem. Ut igitur etiam non petentibus panem non desideretur qui frangat, & ipsimet parvuli in fractione panis cognoscant Deum, his decretis ad suumquemque munus Doctrinam Christianam explicandi excitandum.

1. Trid. seff. 24. de Ref. c. 4. Const. Pii V. 137. Ex debito. Concil. Prov. Neap. sub Cardin. Cantelmo tit. 1. c. 2. Diæc. Synod. Petri Vrsini, & Caroli Carafæ hoc tit.

1. Quilibet Animarum Curator sive urbanum populum, sive ruralem gregem sit sortitus à Domino, sapientibus, & insipientibus debitor est. Parochis igitur tùm Civitatis, tùm Diœcesis in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè mandamus, sub gravibus etiam pœnis arbitrio nostro reservatis, ut ad Sacri Tridentini Concilii præscriptum, omni opera, ac studio suas impleant partes, & singulis Dominicis, aliisque omnibus festivis diebus solennibus, dato solito campanæ signo, ad Doctrinam Christianam omnes de sua Paræcia grandes, & parvos, senes, adultos, & pueros ex quolibet sexu, & conditione advocantes, congregantes, & coadunantes, Catholicæ Fidei rudimentis per seipsos, vel si legitimo impedimento detenti fuerint, per suos substitutos cum omni devotione, ac paterna charitate, per horam ità instruant, ac in ipsa Fide confirment, ut ejusdem articulos, & præcepta, necnon quidquid pro spirituali salute, æternaque gloria consequenda

cre-

credere, & facere oportet, illis vernaculo ſermone patientèr, accuratè, clarè, enucleatè uſque ad fixam, firmam, & indelebilem in eorum mente impreſſionem exponant. Tertia, vel ad ſummum quarta per annum vice intermittentes, ultra alias arbitrii noſtri pœnas, Oeconomi etiam aſſignationem patientur, de Parochialibus redditibus ſubducto congruenti ſtipendio ſuſtinendi.

2. Quos hebetioris ingenii, ac durioris capacitatis fortaſſe dignoverint, eos præcipuo ſtudio, majorique charitate ſeparatìm edocendos aſſumant, eadem myſteria ſæpiùs claris verbis, & ſimilitudinibus ad eorum captum compoſitis in omni patientia repeteant, ac neceſſarias veritates ſensìm inſtillent, eorumque pedetentim ignorantiam ſuperent. Qualecunque autem à Nobis per Clericos, & Sacerdotes quoad hoc auxilium acceperint, illud ad fructuoſiùs collaborandum, non ad oſcitandum, neque ad obdormiendum ſibi datum intelligant.

2. Concil. Provinc. Neap. loc.cit. nu.7. S. Auguſtin. lib. de Cathec. Rudibus cap. 13.

3. Cum verò, quæ ſpecialiùs chriſtiana virtus, & ſanctitas ſibi tempora vendicat, frequentia etiam ſpiritualium actionum ab aliis diſtingui deceat, hoc Fidei doctrinam tradendi opus in Quadrageſima à prima Dominica uſque ad ſextam, quæ eſt Palmarum, hora, quæ magis opportuna videbitur, quotidiè infallibilitèr proſequentur, omnium, & quorumcunque indigentium multitudinem ad ſe convocando: eoſque tùm de ipſius Fidei irrefragabilibus

3. Concil. Prov. Neap. cit. loco num. 2.

libus aſſertis, tùm quoque de certioribus peccata ſua confitendi regulis plenè informando: ut digni reperiantur cum Chriſto conſurgere, & ſacram Paſchalem Communionem tota diſpoſitione percipere. Ulteriùs illud non prætermittant, ut in Miſſis feſtorum ſæpiùs eos audire faciant, quòd niſi Chriſtianæ Profeſſionis rudimenta apprehenderint, & mentibus benè infixa retinuerint ſive parvuli, ſive adulti, reiicientur à Pœnitentiæ Sacramento, & veluti voluntariè contumaces, ac obſtinati in Sanctæ noſtræ Fidei neceſſariarum rerum neglectu, indigni deinceps ipſam introëundi Eccleſiam reputabuntur. Qui ſecùs fecerint Parochi cum rigore punientur.

4. Concil. Prov. Neap. Card. Cantelmi tit. 1. c. 2. nu. 9.

4. In hujuſmodi autem Fidei principia edocendo, atque explicando eandem prorsùs ſervari jubemus methodum, quam edidit Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus à Clemente fel. rec. Papa VIII. approbatam, ſatiſque commendatam.

5. Concil. Prov. Neapol. ſup. cit. num. 6. Conc. Later. ſeſſ. 9. cap. 7. ſub Leone Papa X. Synod. Petri Vrſini hoc titulo.

5. Scholarum Grammaticæ Profeſſores unam ſaltèm per ſingulas hebdomadas diem præfixam habeant, qua adultos, pueroſque ſuæ inſtitutioni commiſſos in Chriſtianæ Fidei initiis ad Concilii Lateranenſis formam ſeriò erudiant.

6. Concil. Prov. Med. S. Caroli tit. de Doct. Chriſtiana. Literæ circulares S. C. Cōcil. 19. Iann. 1619.

6. Diligentiſſimè Confeſſarii perquirant non à parentibus dumtaxat, ſed à Dominis etiam, nùm ſuos reſpectivè filios, ac famulos in Doctrina Chriſtiana inſtruere, aut inſtrui curent? culpabileſque in hoc repertos nedum acrioribus verbis, ſed injuncta

pro

pro inertiæ modo pœnitentia quoque corripiant. Eoſdemque Adventus, & Quadrageſimæ tempore ſuis in prædicationibus Concionatores admoneant, ut proprii debiti memores domeſticis ſuis præeſſe ſciant, illos in Fide erudientes, vel pro ea addiſcenda ad Parochialem Eccleſiam, ſtatutis ut ſupra diebus, omninò deducentes.

7. Minorum, ſive Majorum Ordinum hujus Civitatis, & Diœceſis Clerici in Eccleſiis Parochialibus, quibus reſpectivè fuerint adſcripti, frequentèr coadjuvent Parochos in Doctrinam Chriſtianam edocendo; alioquìn nedum ab altioribus Ordinibus excludentur, verùm etiam gravibus pœnis arbitrio noſtro punientur. Sacerdotes item, qui de hoc ipſo cum charitate præſtito ſuorum Parochorum in forma valida atteſtationem non adduxerint, ad examen pro Confeſſionibus audiendis nullatenùs admittentur.

7. Cap. Vt quiſque, de Vita, & Honeſtate Cler. Concil. Prov. Med. 4. ſub eodem S. Carolo part. 2. de Sacr. Ord. & Trid. ſeſſ. 23. de Refor. cap. 14.

8. Sacerdotes deputati pro Doctrina Chriſtiana perambulando totam Diœceſim noſtram, tempore à Nobis deſignando, ſeriò invigilent an omnia, & ſingula decreta, ut ſupra, tam in Caſalibus, quàm in Civitate ſerventur: & de eorum obſervantia in Congregatione coram Nobis convocanda relationem in ſcriptis facere debeant.

CAPUT III.

De Lectione Sacræ Scripturæ.

COElestium mysteriorum scientiam Clerus noster exquirat, abundantiùs æmulator existens illius infiniti thesauri, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei: ut quemadmodum veræ Fidei dono prædives gloriatur in spe gloriæ Filiorum Dei, ita per inextinguibile sapientiæ lumen spiritu intelligentiæ repleatur, quo & supereminentèr populis per multiplicem utriusque Testamenti sensum præfulgere, eosque dirigere, & in doctrina sana potens sit exhortari. Ut autem paulatim, virtutibus procedentibus, ascendere possit ad montem, in quo disputat Dominus, nec sublimitate deterritus ab acquisitione deficiat, quam suademus per ea, quæ infra sequuntur, prava in directa facimus, & aspera in vias planas.

1. *Trid. sess. 5. cap. 1. de Ref.*

1. Canonicus qui Theologalem Præbendam in Cathedrali Ecclesia obtinet, singulis hebdomadibus, diebus, & horis à Nobis præfigendis, ibidem Sacræ Scripturæ ad formam Sacri Concilii Tridentini, ac decretorum Sacrarum Congregationum expositionem habeat. Quandoque autem ad Theologiæ moralis quæstiones explicandas, de nostra tamen expressa licentia, munus suum convertere valeat.

2. Pa-

2. Parochos omnes hujus nostræ Urbis, ac Regulares etiam, saltèm Confessarios, ut ad hujusmodi lectiones audiendas conveniant, in quantum ipsi poterunt, paterna charitate adhortamur. 2. Diœc. Synod. Carol. Carafæ hoc tit. nu. 2.

3. Confessarii in Civitate degentes, necnon Sacerdotes quicunque facultatem exoptantes audiendi Sacramentales Confessiones, eisdem lectionibus interesse debeant; alioquin hujus muneris indigni censebuntur, nec extraordinariam correptionem evadent. 3. Syn. cit. Caroli Carafæ num. 3.

4. Insuper adesse præfatis Sacræ Scripturæ interpretationibus, seu Theologicis lectionibus omnes, & singulos tam Minorum, quàm Sacrorum Ordinum ejusdem nostræ Civitatis Clericos (præter eos, qui Grammaticæ student) expresse, ac strictè jubemus; qui ad sublimiores Ordines non admittentur, nisi fidem personæ à Nobis deputandæ, juramento roboratam, exhibuerint, qua de eorum auditionis frequentia constet. 4. Cit. Syn. Caroli Carafæ num. 4.

CAPUT IV.

De Sacri Verbi Dei Prædicatione.

AMicus silentii semèl in sua æternitate loquutus est Deus, quando omnia uno enunciavit in verbo, loquutus deindè Patribus per Prophetas, & novissimè Nobis in Filio, nunc

tandem eloquia oris sui fidelium auribus per sacros Concionatores instillat, qui si spiritu Dei aguntur Ecclesiæ Principatum asserunt, legis divinæ custodiam tuentur, & tubarum sonitu muros impietatis evertunt. Quam pulchri sint evangelizantium pedes Divina testantur Oracula, quæ Fidei Præcones Mundi Lucem appellant. Etenim terram perlustrantes, ut Sol Cœlum, lumine scientiæ, pietatisque calore errorum tenebras depellunt, bonorum morum fæcunditatem producunt, & ut olim Princeps Apostolorum umbra corporis languentes erigebat, isti doctrinæ radiis ægras Animas ad vitæ spiritualis restituunt sanitatem. Cupientes igitur, ut de quolibet Concionatore nostræ Diœcesis asseri possit, Misit Verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum, propterea ad ea, quæ sunt decernenda, transimus.

1. *Concil. Trid. sess. 24. de Refor. cap. 4. Later. Conc. sub Innocen. III. cap. Cætera de Offic. Ind. Ordinar.*

1. Juxta uniuscujusque laudabilem, veteremque loci consuetudinem sive omnibus, & singulis, sive festivis tantùm, vel aliis etiam devotionis diebus in Quadragesima, in Adventu autem qualibet saltem Dominica in Cathedrali Civitatis, inque omnibus Parochialibus, aut aliis nostræ Diœcesis Ecclesiis sacras Evangelicas Prædicationes haberi per Cōcionatores à Nobis eligendos, ac destinandos omninò volumus, & mandamus.

2. Summorum Pontificum Constitutionibus inhærentes, quibuscunque sive Secularibus, sive Regu-

gularibus, etiam quomodolibet exemptis, prohibemus in Ecclesiis, sive aliis locis sacris hujus Urbis, vel Diœcesis habere conciones ad populum, nisi prius obtenta à Nobis, vel nostro Generali Vicario expressa licentia, quam gratis dabimus.

3. Regulares in Ecclesiis, aut quibuscunque Oratoriis sui Ordinis verba facere coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad crates Monasteriorum Sanctimonialium, quamvis eorum jurisdictioni subjectarum, licèt januis clausis, & nullo ibi Seculari adstante, prædicare, vel sacras orationes habere non audeant, nisi priùs petita à Nobis benedictione ad formam Constitutionis Clementis X. quæ incipit: *Superna*, quam adamussim observari præcipimus.

4. Nullus Regularis ad concionandum se admissum iri putet absque sui legitimi Superioris facultate Nobis exhibenda, & nisi prævio examine coram Nobis tam de prædicatione, quàm de Sacramentali Confessione indispensabilitèr habendo, juxtà eandem Constitutionem Clementis X. nostram licentiam in scriptis, & gratis, ut prædiximus, obtinuerit.

5. Regulares missi ad Ecclesias Monialium pro munere prædicationis obeundo, ex decreto Sacræ Congregationis Concilii in Appendice hujus Synodi apponendo, prohibitum sibi intelligant immediatè post prædicationem cum ipsis Monialibus, sive aliquibus, sive cum una tantùm, omnibus etiam aliis audientibus, alios immiscere sermones, sub quo-

vis

2. *Leo X. in Later. Conc. sess. 11. & in Bul. Constit. 21. Trid. sess. 5. de Ref. cap. 2. & sess. 24. c. 4. Conc. Provinc. Neap. Card. Cantelmi eod. tit. num. 4. Diæc. Synod. Caroli Carafæ eodem tit. num. 6.*

3. *Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili. Clem. X. Cōst. 5. Superna. Conc. Prov. Neap. ubi supra num. 5.*

4. *Clem. X. cit. Const. quæ incipit* Superna. *Syn. Caroli Carafæ hoc tit. nu. 7. Trid. sess. 5. de Ref. cap. 2. vers. Regulares.*

5. *Ex Decr. Sac. Cong. Concilii 21. Maii 1678.*

vis prætextu etiam ſpiritualis inſtructionis, aut dubiorum ad ipſam concionem pertinentium. Contrafacientes per pœnas in eodem decreto, alibique ſtatutas à Nobis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, coercebuntur.

6. Iiſdem non, niſi excluſo populo, & januis clauſis ad ſolitas Eccleſiæ, ſeu Monaſterii crates Sanctimonialibus concionari, Deique verbum proponere liceat.

7. *Conc. Prov. Med. S. Caroli I. hoc tit. Synod. Carol. Carafæ de qua ſup. n. 8.*

7. Nullæ unquam Conciones, nec etiam ea, quæ de Chriſti Domini Paſſione in majori hebdomada haberi conſuevit, nocturno tempore fiant, ſed omnes clara die initium ſortiantur, & finem.

8. *Diæc. Synod. Petri Vrſini eod. tit. §. cæterum.*

8. Tempore, quo de ſuggeſtu ſacrum Dei verbum Evangelii Præcones, vel de Altari Parochi annunciant, cujuſcunque alterius generis, etiam confeſſiones audiendi miniſterium ſuſpendatur.

CAPUT V.

De Libris prohibitis.

VT piorum lectione librorum virtutes aluntur, & qui eos habent ſolatio vel ad Juſtitiam redeunt, vel ſi juſti ſunt juſtificantur adhuc, ſanctiſque locupletantur cogitationibus, quibus velut Aquilæ pennis volant ad eam, quæ illuminat, & intellectum dat parvulis ſermonum divino-

rum

rum intelligentiam: ita ex paginis, quas fascinatio nugacitatis obscurat, christianæ vitæ convellitur probitas, depravantur & mores: carent enim spiritu, quo legentes vivificent, eosque unde occidant summè frigidam continent literam. calicibus assimilantur Babylonicæ Meretricis, qui extrinsecè deliniti sunt auro, intùs vero veneno, & abominatione sunt pleni. ostentare prætendunt scripturarum Oracula, Prophetarum authoritatem, sed ea profectò ratione, qua diabolus illis est usus, ut Christum falleret. Hæc quæ in Animarum cædem intrat Mors per fenestras oculorum, longiùs providè repellenda est.

1. Idcircò Regulas Indicis librorum prohibitorum, sub pœnis, & censuris in eo propositis, ab omnibus in exequutionis usum deduci, ac servari præcipimus, eumque novissimè editum ii præsertìm, quibus librorum est copia, habere curent, ut, cum ipso collatione facta, à vetitis, si quos retinent, suas prout debent Bibliothecas valeant expurgare. Unicuique verò notum sit se necesse habere, ut illos ad Nos deferat; non enim comburendo satisfacit. Vnde, qui eos habuerit, donec Nobis cum effectu tradiderit, beneficio non gaudeat absolutionis.

1. Synod. Petri Vrsini tit. de libror. prob. & usu, §. quo faciliùs.

2. Nemo in hac Civitate, & Diœcesi occasione etiam nundinarum libros, libellos, aut quascunque cartulas continentes fabulas, cantilenas, prædictiones temporarias, seu lunationes, poëmata, porten-

2. Synod. Petri Vrsini eodem tit. ut sup. §. 1.

ta, oratiunculas, preces, indulgentias, revelationes, miracula, & similia quovis nomine nuncupentur, venales aut exponere, aut per plateas circumferre audeat, nisi priùs indice bona fide confecto, & nostra, vel personæ à Nobis ad hoc deputatæ subscriptione approbato, sub pœna ad nostrum arbitrium.

3. Diæc. Synod. Petri Ursini sup. cit. tit. §. Famosorum. Synod. Card. Carafæ c. 18. num. 4.

3. Qui libellos famosos, vulgò Cartelli, literasve ignominiosas, anonymas, vulgò cæcas, aut ficto, vel etiam alieno nomine subscriptas, etiam in forma supplicis libelli composuerint, dictaverint, ediderint, affixerint, vel exaraverint, quique tali delicto consilium, auxilium, vel favorem præstiterint, excommunicatione latæ sententiæ Nobis reservata sint innodati.

4. Ex Bulla in Cæna Domini can. 1. Pius IV. cōst. 76. Cum pro munere. Ex Regula 10. Indic. lib. prohib. Pius IV. Constit. 85. alias 109 Romanum.

4. Excommunicationem Summo Pontifici reservatam se incurrere sciant quicunque legentes, retinentes, multòque magis imprimere facientes, aut quomodolibet defendentes scripta, libros, aut quævis opera Hæreticorum, propter hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis damnata, seu de Religione tractantia, aut quovis modo hæresim foventia. Libros autem aliis ex causis vetitos qui legerit, aut retinuerit, mortali culpæ, gravique ad nostrum arbitrium subiicietur pœnæ.

5. Regula 9. Indicis lib. prohib. Sixtus V. cōstit. 17. Cæli, & Terræ. Urbanus VIII. Constit. 113. Inscrutabilis

5. Reprobamus, ac detestamur libros, & scripta omnia magiæ, ejusque specierum, Artium divinandi, sortilegiorum, aliorumque similium, prout etiam Astrologiæ judiciariæ ad futura contingentia, eventus

tus fortuitos, ac liberas hominum actiones, etiamsi non certò, sed probabilitèr, & protestatione interposita se extendentes, juxtà sensum nonæ præsertìm Regularum Indicis, & Xisti V. ac Urbani VII. Constitutionum tenore, quarum in omnibus observantiam universalitèr injungimus.

6. Præter litanias B. M. V. Lauretanas, & Sanctorum communes, & consuetas, quæ in Missali, & Breviario Romano incorporatæ sunt, cæteras quascunque prohibitas esse, nullus ignoret.

6. *Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 1. c. 5. num. 8. Clem. VIII. constit. 122. Sanctissimus.*

7. Conclusiones cujuscunque generis in publicum disputationis certamen, nisi de nostra licentia, non adducantur.

7. *Synod. Petri Ursini præcit. tit. §. Propositiones.*

CAPUT VI.

De iis denunciandis, qui hæretici, vel de hæresi suspecti sunt.

IN Ecclesiarum Præpositis culpam agnoscit, & damnat acerrimus hæresum insectator Augustinus, quòd dormientibus illis, inimicus homo bono semini superseminavit zizania. Nos etiam quantumvis loci natura muniamur, non incidimus tamen in secula adeò sincera, ut quamplurimi sub ovina pelle lupinos mores non foveant: cumque vehementèr, Deo auspice, cupiamus gregi Nobis commisso prospicere, cumque à pravarum opinio-

num contagione liberum, incolumemque ſervare, & ab iis omnibus, quæ mores inquinant, ac pervertunt, candidum, illibatumque cuſtodire, ut non ſolùm peſtifera hæreſum lues vividam noſtrarum ovium non lædat ſanitatem, verùm etiam maculæ ſuſpicionem illæ non contrahant, Pontificiis Conſtitutionibus innitentes, præſentibus decretis hæreticam pravitatem à finibus noſtræ Diœceſis eliminamus.

1. *Synod. Petri Vrſini hoc titulo, §. Hanc verò Synodalem. Synod. Card. Carafæ c. 11. num. 3.*

1. Invigilent Parochi, & omnes quovis titulo Animarum Rectores ovili ſibi commiſſo nequa diaboli fraus latentèr irrepat, & ſecreto perſæpè inquirant, an intra ſuæ Parœciæ limites aliquis vel hæreticus, vel in Fide Catholica ſuſpectus, inveniatur.

2. *Synod. Petri Vrſini, Caroli Caraf. loc. cit.*

2. Diligentiſſimè quoque animadvertant alienigenas hìc vel domicilium capientes, vel ad tempus diverſantes, quibus ex regionibus advenerint, numve Catholico more vivant, an potiùs à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Fide, ritibuſque aliquo modo diſſideant.

3. & 4. *Synod. Petri Vrſini. eodem tit. §. Vniverſi, & §. Quicumque. Decretum S. Congr. Vniverſ. Inquiſit. de Vrbe coram Alex. VII. 8. Iulii 1660. quod incipit:* Licet alias.

3. Quoſcunque autem, etiam levitèr, à rectitudine Catholicæ Fidei declinare perſpexerint, eorum nomina ad Nos, vel Vicarium noſtrum Generalem infrà quindecim dierum ſpatium deferre, ac denunciare debeant.

4. Ad quam denunciationem paritèr omni correctione, carniſque, & ſanguinis reſpectu poſthabito, omnes, & ſinguli utriuſque ſexus fideles ſive laici,

ci, sive Clerici se ità obligatos esse intelligant,ut qui denunciare recusaverint, vel scientèr neglexerint, sententiam excommunicationis, elapso dicto termino,ipso facto incurrant; à qua non nisi à Nobis,postquam realitèr, & cum effectu denunciaverint,absolvi possint, aliisque præterea juxtà Sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Constitutiones subjaceant pœnis.

5. Suspecti autem de Fide Catholica, etiam levitèr, atque eatenus indubiè denunciandi ii censeantur,qui in Italici sermonis edicto in hujus Synodi Appendice inserendo, quod prima tum Adventus,tum Quadragesimæ Dominica à Parochis in eorum Ecclesiis Parochialibus, cum in missa plenior populi concursus adest, quotannis de scripto enunciari, evulgari, ac publicari præcipimus, latè specificantur.

5. Ad formam Edicti Sacræ Congr. S. Officii, seu Vniversalis Inquisitionis de Vrbe.

6. Sacrarum literarum ignaros homines palàm, aut privatim de dubiis Fidei invicem differere, rigidè prohibemus. accedentes enim ad Deum oportet credere, & inutiles quæstiones vitare, ut Apostolus præcipit. contrafacientes verò excommunicationis vinculo per Sacros Canones se illigari sciant. Ecclesiastici autem hos reprehendant,& in vacuum reprehensos ad Nos deferre non prætermittant.

6. Diæc. Synod. Petri Vrsini præcit. loco, §. De Fidei Catholicæ mysteriis.

7. Improbos, ac impudentes Sacræ Scripturæ subsannatores ejus verbis, & sententiis ad jocum, contumeliam, scurrilitatem, superstitiones, detra-

7. Concil. Trid. sess. 4. in Dec. de Editione, & usu sacrorum librorũ in fine. Synod. Petri Vrsini loc. ut sup. §. Scelus est.

ctiones, assentationes, aliaque profanitatis genera ex formali contemptu abutentes, pro letali, quam certò contrahunt, culpa, juridicis, necnon arbitrariis pœnis, juxtà Sacri Tridentini Concilii præscriptum se coercendos expectent.

CAPUT VII.

De Blasphemiis.

NOn de Eva dumtaxàt, sed in ejus persona de Ecclesia quoque serpenti putandus est dixisse Deus: Ipsa conteret caput tuum. Insanabile enim cum sit venenum aspidum, quod sub labiis Blasphematores enutriunt, evomuntque frequentiùs Sacrosanctum Dei nomen, ejusque providentiam, aut æternæ felicitatis Proceres nefariis contumeliis onerare, piorumque aures offendere non erubescentes, præter eorum capitum conquassationem nulla videtur posse æquiori pœna caveri. Atque ità quidem Divina Justitia ostendit; non enim aliis hujusmodi hominum genus, quàm gladii, famis, lapidum, flammarumque suppliciis percutere consuevit. Hi quippè dum convicia in Cœlites ejaculantur, proximè ad infidelitatem accedunt: Confessioni Fidei se opponunt: suaque ex parte ut Dei, & Beatorum cum eo regnantium vitam destruant, nihil omittunt. Ne igitùr homines ad Dei similitudinem con-

conditi, ejusque imaginem referentes tam execrabilitèr linguas suas exacuant, custodiam ori, & ostium circumstantiæ labiis eorum per hæc, quæ subiiciuntur decreta, ponimus. 1. Paulus III. cōst. 23. §. 8. Syn. Cardin. Carafæ c. 12. num. 5.

1. Hæreticalium blasphemiarum Reos, earum nempè, quæ contrarium Fidei explicitè, vel de consequenti quidpiam continent, ab audientibus denunciari canonica, & Apostolica Jura velle, neminem lateat. 2. Leo X. const. 7. Supernæ. Iulius III. const. 23. In multis.

2. Pœnæ adversùs blasphemos per Constitutiones tum Leonis X. tum B. Pii V. latæ suum effectum infallibilitèr habeant; atque idcircò adæquatam earundem Constitutionum observantiam à Nobis expeti, Parochi sibi suadeant, & per eos crebrò populis innotescat. Pius V. const. 5. Cum prim. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo hoc tit. nu. 3. Synod. Card. Carafæ cap. cit. nu. 2.

3. Iidem, & Concionatores in fidelibus ab ingenti hoc scandalo, & ferali nimis flagitio deterrendis sæpè, ac semper suis exagerationibus ex instituto laborent, desolatoria Dei supplicia ob hoc ipsum etiam in Communitates irrogari solita validè inculcantes. 3. Conc. Prov. Neap. cit. eodem loco.

4. Maximè propterea Parentibus, & Dominis metuendum, ne tota eorum domus alicujus blasphemi in ea degentis delicto pereat. Quare, si talem in sua familia adnotaverint, vehementibus in illum objurgationibus desæviant, ac prorsùs resipiscere compellant, ut eorum, ac reliquorum incolumitati consulant, & divinæ ultionis fulmina avertant. 4. Can. Non putes 23. qu. 5. Canon. Error dist. 83. Card. Carafæ Syn. cit. n. 3. Diæc. Synod. Petri Ursini tit. de Blasphemia compescenda, §. Quod potissimum.

5. Hoc

5\. Hoc ipſum in timore,& tremore conſiderent tenentes conventicula, ſeu reductus, ubi ludendi aleis, vel taxillis cuique datur aditus, ne ex horrendis, quas occaſione jacturæ impiorum ora æſtuante iracundia evomunt, provocatus blaſphemiis vindictæ ſuæ flagella ſuper eos Deus congregata irroget.

5\. Synod. Caroli Caraf. cit. c. 12. num. 4.

6\. Poteſtates laicas diſtrictè monemus, & hortamur in Domino, ut præmemoratas Summorum Pontificum Bullas contra ſimplicitèr, ſeu non hæreticalitèr blaſphemantes præ oculis habeant, & chriſtiano zelo juxtà earum apices, ubi de Jure datur locus, in exequutione pœnarum ſe ingerant; ne, dum aliis parcunt, ipſæ ſe punibiles reddant, & ne indulgentiarum theſaurum per eaſdem ſibi impertitum amittant.

6\. Conc. Later. ub Leone X. ſeſſ. 9. Synod. Petri Vrſini ſupra cit. tit. §. Seculares quoque.

7\. Deum, Chriſtum Dominum, aut Beatiſſimam Virginem ultra duas vices blaſphemantium abſolutionem Nobis reſervamus, cujus facultatem cum Confeſſariis Nos adeuntibus elargiemur, eos non ſine gravis pœnitentiæ injunctione ipſa uti mandamus.

CAPUT VIII.

De Maleficiis.

ILLE, cujus ſuperbia aſcendit ſemper, quique Deo per rapinam æqualem ſe conſtituere præſumpſit, ut Deum tota die in ſe pingat, & lucem

lucem in sui principatus tenebris coloret, nullas technas non perquirit, nullum summæ Dei sapientiæ non imitatur officium. Stat & ipse in Synagoga draconum, in medio autem dracones dijudicans; habet enim cohortem non diabolorum solùm infrà terram, sed & suprà terram hominum pessimorum, qui scelestis superstitionibus, ac præstigiorum nequissimis artibus sub Inferni vexillo pugnant, Tartari castra custodiunt, Cerberi toxica spumant, millenisque fu rerunt insaniis:nunc post aurum abeuntes: nunc venereis baptizatorum pectora ignientes facibus:nunc ægritudinibus corpora labefactantes:nunc de incertis, & occultis præscii fieri volentes. His, aliisque iniquitatis consiliis incautos quosque secum in æternæ damnationis Barathrum deturbant: Diaboli verè satellites, qui sicuti decipiendis primis hominibus ministerium sibi serpentis assumpsit, ità istorum linguas ad simplices, & imperitos ab unius veri Dei cultu abducendos veneno suæ falsitatis armavit. Ut igitùr ab hujusmodi venantium dæmonum laqueis Animas, ne miserabilitèr cum Herebo conjurent, pastoralis virga virtutis enitamur eripere, hæc servanda proponimus.

II. Accipientes, aut dantes res non consecratas, sacras tamen, sive benedictas per se, vel per alium ad veneficia, divinationes, sortilegia, aut alia diabolica molimina componenda, subsequuto abusu, ipso facto excommunicationem subeant Nobis reservatam.

1. *Antedictum Conc. Prov. Neap. tit. 1. cap. 4. nu. 8. Synod. Card. Caraf. c. 24. §. 10.*

tam. Idem autem facientes de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, Chriſmate, Oleis Sanctis, aut rebus conſecratis eadem afficiantur excommunicatione, etiam abuſu non ſubſequuto, & Nobis item reſervata.

2. Synod. Petri Vrſini tit. de Magicis artibus abolendis.

2. Sortilegia ſimplicia patrantes, vel docentes, ſi ter admoniti non ſe emendaverint, in excommunicationem ipſo facto ſimiliter incidant Nobis reſervatam.

3. Ioann. 22. conſt. 13. Coc. Prov. Neap. eodem cap. 4. num. 7. Synod. Petri Vrſini cit. tit. §. 1.

3. Eadem quoque pœna reſervata ipſo facto damnamus promittentes obſequium dæmoni, vel ei ſacrificium, ſeu thus offerentes, etiamſi errorem nō habeāt intellectus: magicas artes profitētes, aut in opus deducentes: condentes, ſeu cōdi facientes ſive per ſe, ſive per alios imagines, ſeu annulos, aut quodcunque aliud artefactum ad ibi dæmonem conſtringendum, ut reſponſum ab eo in rebus dubiis accipiant: & omnes, qui libellos magicos legerint, vel libros de magicis artibus, cantionibus, & veneficiis tractantes detinuerint. Qui verò id ſciverint, niſi priùs Nobis, vel Sancti Officii Miniſtro à Nobis deputando, denunciatione facta, beneficium abſolutionis Sacramentalis obtinere minimè valeant.

4. Conc. Carth. 4. c. 89. Can. Si quis cum ſequent. 26. q. 5. Conc. Rom. 1. ſub Greg. II. c. 12. Et IV. ſub Damaſo cap. 4. Innoc. VIII. conſt. 1. Summus. Xiſtus V. conſtit. Cæli, & Terræ. Conc. Prov. Neapol. mox cit. §. 9. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. 2.

4. Venefici quoque, & Veneficæ, Necromantes, Divinatores, Sortilegi, Lamiæ, Striges, vel alio quocunque nomine nuncupentur ex utroque ſexu, qui cum expreſſa dæmonis invocatione, prætextu capiendæ delectationis, vel odii inferendi, ſive ad

amorem

amorem etiam conjugalem captandum, aut ad inveniendos thesauros, vel ad alium quemcunque finem utuntur incantationibus, aliisque maleficiis, ac etiam ligaturis ad matrimoniale, ac prolificum officium avertendum; necnon præmissa suadentes mandantes, consulentes, aut cooperantes, pœnæ excommunicationis ipso facto subjaceant Nobis tantummodo reservatæ: idque scientes præfato denunciandi onere teneantur, nec nisi ei satisfecerint, absolvi possint.

5. Omnem præterea modum medendi vulnera, dolores, aut alios quoscunque morbos, in quo adhibentur petiæ lineæ, frustula, sive alia signa cum incognitis nominibus, characteribus, precibus, sive verbis, quamvis sacris, vel cum crucis signis, omninò prohibemus, ac omnia hujusmodi generis superstitiosa esse, Fideique suspicionem redolere, ac proindè unumquemque teneri ad illos denunciandos, qui hæc faciunt, exercent, vel docent, hac Synodali lege declaramus, atque decernimus: eisque Sacramentalem absolutionem, nisi facta denunciatione, Confessarios nolumus impertiri. 5

Can. Admoneant 26. q. 7. Can. illud, §. ad hoc genus 26. q. 2. D. Augustin. lib. 2. de Doctrin. Christ. cap. 19. 20. & 21. Præfatum Conc. Prov. Neapol. dicto cap. 4. nu. 6. Synod. Petri Ursini alleg. tit. 1. Superstitionib. &c.

CAPUT IX.

De officio Exorcistæ.

Potestatem imperandi dæmonibus, eosque de corporibus humanis pellendi non superio-

perioribus ſolummodò Miniſtris communicare, ſed etiam officium illud ſublime inferioribus ordinibus annectere prudens Mater optimum duxit Eccleſia, ut ſuperbia Tartarei Goliath funda quoque parvi Davidis elideretur. Attamen quia morum innocentia, ſanctitas vitæ, & ut Dominus docuit, jejunia, & orationes contra dæmonis pervicaciam maximè ſuppetias ferunt, atque arma miniſtrant, cavere Nobis libuit, ne munus exorcizandi paſſim, & ab omnibus exerceatur.

1. *Sacr. Congr. Conc. 1. Iulii 1606. Sacr. Congr. Epiſ. & Reg. in Florentin. 22. Februarii 1625. Conc. Prov. Neap. Card. Cantelmi tit. 3. cap. 8. n. 2.*

1. Sancimus igitur, ut munere expellendi dæmones, & nomen Domini invocandi in eos, qui ab immundis ſpiritibus obſidentur, in Exorciſtatus collatione recepto, nec Seculares, nec Regulares ulli ſive in aliena, ſive etiam in propria Eccleſia fungi valeant ſine noſtra ſpeciali licentia in ſcriptis, ſub pœna quoad Clericos Seculares ſuſpenſionis ipſo facto à divinis, aliiſque arbitrio noſtro; quo ad Regulares verò privationis ipſo facto facultatis audiendi Confeſſiones Sacramentales, quatenus ad eas fuerint approbati, abſque ſpe redintegrationis in poſterum: neque non ſub aliis graviſſimis pœnis ad noſtrum arbitrium infligendis.

2. *Rit. Rom. in Rubr. de Exorcizand. Conc. Prov. Medio. S. Caroli 4. par. 2. tit. Quæ ad Sacramentalia, §. Ne in ædibus.*

2. Cui autem tale officium exercere fuerit à Nobis permiſſum, nullo prætextu in privatis domibus idipſum facere audeat, niſi in noſtra licentia clarè expreſſum appareat, ſub eiſdem ſupradictis pœnis.

3. *Rit. Rom. & Conc. Medio. ut ſupra.*

3. Non alitèr in Eccleſia exorcizare liceat, quam

in

in loco valdè patenti; & quamvis non in conspectu multitudinis, coram tamen probis, & honestis viris; nedum ut actio decentiùs fiat, sed etiam ut piorum fidelium adstantium precibus apud Deum juvari obsessus, & adjurati hostes faciliùs deturbari possint. Siqua autem fæmina exorcizanda sit, coram honestissimæ, ac probatissimæ vitæ mulieribus ejusdem energumenæ cōsanguineis, vel affinibus peragatur.

4. Exorcistæ nullis aliis utantur Exorcismis, verbis, cæremoniis, aut signis, vel sacris vestibus, quàm in Rituali Romano præscriptis, seu ab Ecclesia quoquomodo usu receptis: neque ulla in hujusmodi functionibus intercedat interrogatio, quæsitum, experimentum, aut curiosa percontatio, præsertim, quæ ad Divinationem pertineat, & à sacris Ritibus aliena sit: prout etiam prohibemus, imò ab Ecclesia omninò arceri mandamus plurium Energumenorum congressus ad inquirendum ab aliquo ex eis alicujus etiam obsessi qualitatem, vel statum, sub pœnis arbitrio nostro.

4. *Rit. Roman. loco citato. Conc. Prov. Mediol. part. 2. hoc tit. & Quartū Concil. Provinc. Mediola. cit. loco, §. ex al. Conc. Prov. Neap. alleg. sup. num. 3.*

5. Religionis decorem Exorcistæ præseferant, & spiritualibus muniantur armis, nempè magna fide, devotione, humilitate, ac divina potissimùm gratia per Pœnitentiæ Sacramentum; ad quod suscipiendum, actusque Fidei eliciendos etiam hortentur obsessos, ut ambo resistere possint insidiis diaboli, eumque per denegationem habitaculi in anima à corpore etiam citiùs in fugam vertere.

5. *Rit. Rom. & Conc. Prov. Mediol. 4. loco citat. §. Energumenis.*

6. 6. Caveant Exorcistæ omnes, nequam pro hujus officii exercitio ab obsessis, vel eorum propinquis mercedem exigant, sive oblatam accipiant: neque exorcizandi prætextu, vel quid simile peragendi laicorum domos, & præcipuè mulierum frequentent; ne plurima, quæ alibi in dies scandala, dissentionesque ad Animarum potiùs perniciem, quàm fidelium utilitatem oriri hinc audiuntur, in hac etiam Diœcesi nostra obrepere contingat: alitèr se sciant gravissimè puniendos.

Prima Diæc. Synod. Card. Cant. Neap. hoc tit. nu. 9.

7. 7. Omninò insupèr prohibemus, ne quis quocumque prætextu, aut quæsito colore audeat aliquem exorcizare horis nocturnis.

Excitat. IV. Conc. Prov. Mediol. loco cit. §. Ne aute.

8. 8. Abstineant paritèr Energumenis potiones, sive medicamenta porrigere, sub pœnis nostro arbitrio infligendis.

Rit. Roman. loc. cit. §. caveant.

9. 9. Nunquam pro faciendis exorcismis aperiatur tabernaculum, ubi asservatur venerabile Eucharistiæ Sacramentum.

Rit. Rom. §. Admoneat.

10. 10. Cum interdum sint quidam morbi naturales, veluti evapurationes in cerebrum, aut melancholiæ effectus, qui vi, & ope dæmonum fieri falsò putantur, indigent Exorcistæ usu summæ prudentiæ, & debent cautè perquirere de modo vivendi, de naturalibus affectionibus, & infirmitatibus ejus, qui præsumitur obsessus; ac proindè omnem adhibeant diligentiam, ut de mali veritate certiores reddantur.

Rit. Roman. eod. loco, & Syn. Diæces. S. Caroli 4. decr. 18.

11. 11. Si quis autem exorcizandi munere abutatur

Rit. Rom. ut sup. §. Mulierem. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cautelmo eod. tit. §. 4.

tur vel ad turpia, & obſcæna, ejuſdem facultatis occaſione perſonam aliquam ſollicitando, vel inducendo, excommunicationis latæ ſententiæ pœna ſit ipſo facto innodatus, ultra alias graviſſimas etiam corporales noſtro arbitrio irrogandas.

CAPUT X.

De Ludi Magiſtris.

AD unum tanquam ad omnes, & ad omnes tanquam ad ſingulos Addiſcentes, per Iſaiam Dominus loquens ait: Erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum. Fruſtra enim per auditum ſcientia quæritur, ubi viſu non antea morum perfectio comprobatur; & vitæ claritate potiùs, quàm eruditionis laude debent ſe Magiſtri præbere eligendos, ut in eos diſcipuli vix intuentes, neceſſarium, quod apprehendant illicò bonum, inveniant, vires animi ſcilicèt, & indolem probitatis. Ad rectam igitùr puerorum inſtitutionem integritatis exemplo prælucere omninò ſtudeant ludi magiſtri, ac inſuper per ea, quæ præſcribimus, in ſuo munere regulentur.

1. Ultra onus Profeſſionis Fidei emittendæ, Judicio noſtro quoad vitam, & mores, atque examini paritèr quoad ſufficientiam ſe ſubiicient, facultatem à Nobis in ſcriptis pro gymnaſii aperitione reportaturi,

Sacr. Congr. Conc. in Terrac. 29. Auguſti 1581. Synod. Carol. Caraf. c. 19. §. 3. & ſequ.

turi, eamque Parocho, intra cujus Parœciæ limites grammaticali ſuo magiſterio fungi debent, oſtendent, ut ſupra cap. 1. nu. 6. ac demum chriſtianis præceptis ſibi traditos pueros ex Bellarmino diligentiſſimè imbuant, ut cap. 2. nu. 5. ſancitum eſt. in ſequentibus etiam Ludi Magiſtri ſe Nobis obtemperaturos advertant.

2. Quotidianas ſcholæ exercitationes nũquam incipiant, aut finiant, niſi per religioſas preces flexis genibus ante ſacram aliquam Imaginem in omnium conſpectu poſitam ab ipſis, & à diſcipulis uno labio, ac tota cordis devotione effundendas.

3. Synod. Petri Vrſini tit. de Doctri. Chriſtiana, §. literarii ludi Magiſtri cum ſequent. §§.

3. Commiſſos ſibi pueros ad Fidem, Pietatemque informent, & non doctrina ſolùm, ſed honeſtis etiam moribus ætatem illam ad voluptates nimis propenſam, inſtruant, atque hortentur; cogantque ut nedum ad Miſſas, ſed etiam ad alia divina officia, conciones, & ſermones audiendos ad Eccleſias accedant, piaſque Congregationes frequentent.

4. Invigilent præterea, ut pravas conſuetudines, & malorum commercia declinent: utque ſingulis ſaltèm quibuſque menſibus, præmiſſa Sacramentali Confeſſione, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ alimonia roborentur; ac de utriuſque ſuſceptione Sacramenti ſcriptum ab eis teſtimonium exigant miniſtrorum.

5. Eos tantummodo libros pueris explanent, iiſdemque evoluendos permittant, qui Pietatem redolent, ac bonis moribus non opponuntur: illis pœ-

nitùs

nitùs exclusis, qui res obscænas, vel amatorias continent, aut ab Ecclesia quoquo modo prohibentur.

6. Demum, quàm Deo sit gratum à se creatos, & redemptos homines virtute perficere, apud seipsos per omne tempus recogitent.

PARS SECVNDA

DE SACRAMENTIS.

CAPUT I.

De Administratione Sacramentorum in genere.

QUOT Sacramenta sunt numero, totidem Dei sapientia excidit columnas, quibus usque ad consummationem seculi sancta fulciretur Ecclesia, totidemque memoriam abundantiæ suavitatis suæ eructantia vasa elegit, quibus misericordiarum aquæ haurirentur in gaudio de fontibus Salvatoris, & infinita ad hominum applicanda salutem Passionis, & Mortis suæ merita reconderentur. Admiranda etiam gratiarum è dissecto Crucifixi latere profluentium instrumenta illa sunt, per quæ omnis vera Justitia incipit, vel cæpta augetur, vel amissa reparatur: quibus renascimur in Christo: in eo roboramur, & vivimus: ad eundem resurgimus: in eodem spiritualitèr, & si expediat, corporalitèr convalescimus: ipsi in Regale Sacerdotium consecramur: ipsi

demùm

demùm crescimus; & multiplicamur.

1. Cum autem de Cœlo, undè ista Sacramenta venerunt, accersenda sit puritas, qua dignè tractetur in terris; ne quod datũ est nobis in donum, ministrantium, aut recipientium culpa in judicium transeat Animarum; expavescant omnes, in quorum manibus iniquitates sunt, dexteram suam replere muneribus pretiosissimis Sacramentorum, sed priusquam ad illa conficienda, vel ministranda accingantur, ab omni contagione, & sorde peccati cor, & corpus suum emundent: ne conscientia gravati, dum aliis Cœlum referant, sacrilego ipsi ad Inferna se pondere deprimant. Quinimò studeant Parochi, aliique Sacerdotes, quibus hæc Sacramentorum administrationis majestas collata est, irreprehensibilis vitæ ductu, candidorumque speciositate morum omni fermè temporis momento ad eam dispositi inveniri.

2. Quæcunque tùm Sacramentorum essentiam, tùm ipsorum Rituum concernunt observantiam, exactissimè calleant: neque sub aliis cæremoniis, & solemnitatibus, quàm à Rituali Romano præscriptis, illa administrent; quibus aliquid addere, vel demere ne præsumant, multòque minus immutare verba, quæ ad ipsam Sacramenti substantiam spectant, atque in illis attentè, distintè, ac devotè pronunciandis, intentioni Christi Domini Institutoris, Sanctæque Matris Ecclesiæ intendant se conformare.

3. Sola Sacramenti Eucharistiæ forma secretò pro-

1\. Can. Ipsi. Can. necesse. Can. neque. Can. Per Isaiam 1. qu. 1. Rit. Rom. in Rub. de Sacr. administran. Synod. Petri Ursini tit. de Sacramentis, §. in iis porrò

2\. Can. Nolite. dist. 11. Can. Tribus grad. de consecrat. dist. 2. Canon. Numquid, distinct. 5. eod. tit. Innoc. I. ep. 1. Gelasius PP. ep. 9. Trid. sess. 7. canon. 11. & 13. de Sacr. Paulus V. cõstit. 85. Apostolicæ. Synod. Petri Ursini cit. tit. §. Sedulò.

3\. Diæc. Synod. Petri Ursini tit. de Sacramentis, §. Sedulò.

proferatur; aliorum verò clara voce, ut ab iis saltèm audiri possit, quibus Sacramenta ipsa ministrantur: eodemque tempore formæ verba pronuncientur, quo Sacramenti materia suscipienti applicatur.

4. In unaquaque Ecclesia, ubi cura geritur Animarum, præfatum Rituale sanctæ memoriæ Pauli V. jussu editum, adsit: ex eoque diligentèr versato, ac præ oculis semper habito, omnia Parochi, cæterique Rectores, atque Ministri, cum tremore mysteriorum, imperturbata nihilominùs attentione, exequentur.

4. Synod. Diæc. Caroli Caraf. eod. tit. nu. 3.

5. Quivis Minister ea, quæ attinent ad Sacramentorum materiam, formam, & intentionem fundatè sciat: Negligentibus præter opprobrium conscientiæ, nostra quoque repromittitur objurgatio.

5. Synod. Petri Ursini loc. citat. §. teneant cap. Licet, de elect. in 6.

6. Extrà necessitatis articulum non nisi in Templis Sacramenta ministrentur, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod maribus interdum, fœminis nunquam in domo ministrari posse permittitur, sub pœna Confessariis Delegatis etiam Regularibus suspensionis ipso facto ab audiendis confessionibus; Parochis verò arbitrio nostro. Ubicunque tamen commodè ea ministrari occurrat, nunquam sine superpelliceo, & stola, totaque solemnitatis decentia fiat. Cum autem hoc ipsum in Confessionibus excipiendis revera non ità facile sit, tunc saltèm cum commodè potest, servari optamus.

6. Synod. Caroli Caraf. eodem loco num. 7.

Synod. Petri Ursini tit. ut supr. §. Nunquam verò.

Synod. Caroli Carafæ loco modo cit. n. 2.

7. Proprii tantùm Parochi in sua quisque ditione Sacramenta administrent: nullusque alius Sacerdos in id muneris sese audeat ingerere. Poterunt tamen iidem Parochi, & Sacerdotes à Nobis approbati, ubique locorum nostræ Diœcesis confessiones audire: ipsique, & quicunque alii sacrificantes communiones non præceptas in Ecclesiis ministrare.

8. Instantèr Parochi moneant Fideles, præter pietatem, puritatem, animique debitum candorem, in exteriori etiam corporis habitu, ac gestu summam reverentiam Sacramenta requirere. ac propthereà, nedum omnes cum conscientiæ munditie, sed & viros non, nisi armis depositis, & mulieres honesto, ac humili ornatu, semperque velato capite ad ea suscipienda debere se præsentare.

9. Celsitudo Sacramentorum, Institutio, Usus, atque Utilitates ex applicatione virtutis Passionis Christi ab eis mirificè promanantes, ut suscipientibus innotescant, quo paratiores, ac devotiori cultu ad eorum participationẽ accedant, Parochi sæpè inter Missarum solemnia, ac dum Doctrinam Christianam edocent ex Romano Cathecismo vulgari ad audientium captum accomodato, & claro sermone explicent: necnon cæremoniarum sanctiores significationes, quibus illa conferuntur, ac requisita ad eorum dignam receptionem.

10. Pa-

7.
Can. Ecclef. 13. qu.1. Can. Interdicimus 16.qu. 1.Conc.Lateranen.V.sess. 11. Clement. unic. de Privil. Gregor. XV. cōst.18. Inscrutabili. Synod. Petri Ursini alleg. tit. §.Sacramentorum. Synod. Card. Caraf.hoc titulo num.9.

8.
Can.liceat 8. q.1.Canon.in actione. de Pænit.dist.1. ex Act.Eccl. Mediol.p.4. in instr. pro admin. Sacr. Synod. Petri Ursini, § nullusque. Synod. Card. Caraf. c. 24. num.5. Conc. Prov. Neapolit.sub Card.Cantel. tit. 3.cap. 1. num.7.

9.
Can. licet 8. q.1.Trid.sess.24.de Ref.c.7.Conc.Prov.Card.Cantelmi tit.3.c.1.n.8.Syn.Petri Ursini tit.de Sacr.§.Itaque.Caroli Caraf.c.24. n.11.

10. Parochi quacunque hora ad Sacramenta ministranda fuerint acciti, interdiù, noctuque festinè accurrant, nullam ejusmodi pietatis officiis moram interponentes, sub pœna suspensionis à Nobis infligendæ: & in casu majoris contumaciæ aliarum ad nostrum arbitrium, etiam carceris formalis. *10. Citat. Concil. Prov. Neap. num. 3. Synod. Petri Ursini eodem tit. ut supra, §. Quacunque*

11. Cœlestem æmulentur munditiem, puritatem, ac lucem vestes, vasa sacra, aliaque omnia, quæ ad singulorum Sacramentorum usum, & ministrationem ordinata sunt. *11. Concil. Prov. Neap. supra cit. c. 1. nu. 7. Rit. Rom. in Rub. de Sacr. administrandis, §. curabit.*

CAPUT II.

De Sacramento Baptismatis.

PErtransisset anima nostra aquam intolerabilem, quæ absorbuisset nos, nisi eam torrente voluptatis Sacrosancti Baptismatis Dominus, & Pater luminum per Unigeniti Filii sui merita probasset. Hæc est aspersio super nivem dealbans: ablutio plenè sanctificans: lavacrum regenerans: atque in adoptionem Filiorum Dei de servitutis jugo nos transferens: quia Satana cum pompis suis infixo in limo profundi, ac peccatorum vetustate sepulta, efficimur in Christo nova creatura, novumque figmentum per inhabitantem spiritum ejus in nobis. Cumque hoc idem sit initium viarum Domini, flagranti zelo, sanctaque solertia per illud homines dirigendi sunt, qui, nisi renati ex aqua, & Spiritu

 Sancto,

Sancto, non possunt introire in Regnum Dei.

1. Infantes propterea, quibus, præter illam, quæ ex Baptismo est, nulla promittitur salus, diutiùs ea carere Parochi non patiantur, sed enixè curent tantæ necessitatis Sacramentum, quantò citiùs ministrare. Hanc ipsam sollicitudinem parentibus districtè præcipimus, qui si post octavum ab ortu diem Baptisma infantibus suis conferendum prorogaverint, excommunicationi ipso facto subjaceant. Lapsū verò dicti termini Parochi ad Nos, vel Vicarium nostrum Generalem confestim, sub pœna ad nostrum arbitrium, renunciare teneantur.

2. Parochi, vel alii, quibus Animarum cura commissa est, si eorum negligentia, vel culpa infans aliquis sine Baptismi susceptione decesserit, præter alias pœnas ad nostrum arbitrium, suspensionem ipso facto incurrant Nobis reservatam.

3. Solùm in Ecclesiis, ubi fons baptismalis habetur, nec alibi, & in eis non nisi orto jam Sole demanè, & de serò ante vigesimamquartam horam, si urgens necessitas alitèr fieri non postulet, Baptismatis Sacramentum conferri mandamus. Qui secùs fecerit, suspensione, aliisque gravissimis pœnis mulctabitur.

4. A Susceptoris, seu Patrini munere repelli debent excommunicati, vel interdicti; infames, aut notoriè flagitiosi; rudimenta ignorantes Christianæ

Fidei;

1. *Eugen. IV. const. 23. Rit. Rom. hoc tit. §. Opportune. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 3. c. 2. num. 2. Synod. Petri Ursini tit. de Baptismo, §. Verum. Syno. Caroli Carafæ c. 25. num. 10.*

2. *Can. Quicunque de consecr. dist. 4. Diæc. Synod. Caroli Carafæ d. cap. 25. num. 17.*

3. *Clem. un. de Baptismo. Concil. Prov. Neap. cit. c. 2. nu. 4. Syn. Petri Ursini eod. tit. §. Nemini. Synod. Caroli Caraf. cap. 25. nu. 1. Rit. Rom. loc. cit.*

4. *Rit. Rom. loc. suprac. de Patrinis. Concil. Prov. Mediol. 4. eod. tit. Diæc. Synod. Petri Ursini hoc tit. §. Et vero. Syn. Caroli Carafæ c. 25. n. 14. Can. Non liceat. Can. Monachi de consecr. dist. 4.*

Fidei; transgressores præcepti annuæ communionis; Confirmationis Sacramento nondum deliniti ; & minores quatuordecim annorum. Admittendi neque etiam sunt Monachi, seu cujuscunque Ordinis utriusque sexus Regulares sive per se, sive per Procuratores. Atque hoc omninò servari jubemus, sub pœna Parochis, primos non protinùs repellentibus, aut secundos admittentibus, ad nostrum arbitrium infligenda.

5. Uti per Sacros Canones Regularibus Patrini munus sanctè vetitum est, ità Clericos omnes seculares in quovis gradu, & dignitate constitutos, ac etiam primæ tonsuræ, Compatres, & Commatres in hac nostra Diœcesi, etiam per Procuratores sibi facere, aut habere, hoc Synodali Decreto justis de causis rigidissimè prohibemus. Quare Parochi neminem ex prædictis ad officium admittere audeant, vel ministrandi Baptisma, quod solis Sacerdotibus permittitur si substituti officio ex nostra licentia fungantur, vel de sacro fonte levandi; nec ipsi Clerici perpetrentur, sub pœnis ad nostrum arbitrium utrisque deliberatè irrogandis.

6. Patrini, qui olim Susceptores, Sponsores, seu Fidejussores communi vocabulo à rerum divinarum scriptoribus vocabantur, nunc autem Compatres, quique ex vetustissima Ecclesiæ consuetudine in Baptismi collatione adhibendi, non sint plures; sed juxtà Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Triden-

5. Canon. citat. de consec. dist. 4. argumento cano. Pervenit 18. q. 2. Synod. Petri Vrsini, & Synod. Caroli Carafæ nuper allegatis loc.

6. Concil. Trid. sess. 24. de Refor. Matr. cap. 2. Cap. non plures, de consecr. dist. 4. cap. Veniens de cogn. spirit. Cap. Quamvis eod. tit. in 6. Pius V. const. 24. Cum illius vicem. Synod. Caroli Carafæ citat. cap. 25. n. 15.

7. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Admoneant. Synod. Carol. Carafæ loco notato.

dentini Decreta, unus tantùm sive vir, sive mulier, vel ad summum unus, & una; inter quos, & baptizatum, ejusque parentes; necnon inter baptizantem, & baptizatum, ejusdemque patrem, & matrem spiritualem cognationem consurgere, Parochi apertè doceant.

8. Concil. Trid. cit. c. 2. Acta Eccl. Mediol. part. 4. in instruct. de Baptis. §. Notabit. Synod. Petri Vrsini. §. Eorum.

7. Commonebunt etiam Parochi dictos Patrinos, qui cum Fideijussores apud Deum existunt pro iis, quos de sacro fonte susceperunt, ut curent tales illos in christiana vita se exhibere, quales futuros esse solemni cæremonia spoponderunt; eosque, si parentes desint, in Fidei rudimentis, ac præcipuè in rebus ad salutem necessariis erudire.

Synod. Caroli Caraf. c. 25. num. 15. Concil. Prov. Neapol. sup. cit. num. 6.

8. In libro consueto, quem in Sancta Visitatione semper præsentare debent omnes, & singuli Animarum Rectores, statim Baptismate peracto, accuratè describantur nomina tùm baptizantis, tùm baptizati, ejusque parentum, & expressa mentio fiat, an legitimi conjuges fuerint, ac demùm etiam Patrinorum, seu Susceptorum, cum adnotatione anni, mensis, diei, tùm nativitatis, tùm susceptionis Baptismi, non per figuras arithmeticas, sed verbatìm, & per extensum, ità ut nequeat vitiari. In cæteris autem omnibus servetur Instructio Ritualis, sub pœnis in casu transgressionis cujuscunque prædictorum ad nostrum arbitrium infligendis.

9. Canon. Baptizandi. Can. Primum. Canon. Omnis. de consec. dist. 4. cap. Majores de Bapt. Trid. sess. 6. cap. 6. Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Si quandoque.

9. Nemini licitum sit baptizare Infideles adultos, donec per examen coram nostro Deputato de

eorum

eorum sufficienti in Christianæ Fidei principiis eruditione appareat.

10. Collato Baptismate, injungant Parochi parentibus, seu nutricibus, ne infantes antequam primum annum expleverint secum in suomet lecto jacere faciant, sub pœna excommunicationis, & quidem ipso facto, si eam ob causam ipsius infantis fuerit suffogatio subsequuta.

10. Can. Cõsuluisti 2. q. 5. cap. Relatum de his, qui fil. occid. Synod. Caroli Caraf. c. 25. num. 16. Synod. Petri Vrsini hoc titulo, §. Cum sæpenumero.

11. Nulla mulier obstetricis officio fungi permittatur, quæ formam, & cætera omnia circa Baptismi administrationem scitu necessaria non optimè calleat, & per Parochum, intrà cujus fines moratur, diligenti examine approbata non fuerit, ipsiusve approbationis gratis tradendum in scriptis testimonium non obtinuerit. Si qua verò secùs agere præsumpserit, eam Parochi, utpotè ignaram, ad ejusmodi officium nullatenùs esse vocandam publicè in Ecclesia populo denuncient, nobisque etiam curent innotescere.

11. Concil. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 3. c. 2. num. 3. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Obstetrices. Synod. Coroli Carafa c. 25. num. 9.

12. Parochorum autem hac in re conscientiam oneramus, ipsisque præcipimus, ut præfatas mulieres rectè de omnibus instruant. & quidem primò, ne faciles se præbeant in conferendo Baptismate; sed in casibus tantùm, quibus ex instanti periculo necessitas urget. deindè, ut verba ad formam spectantia vernaculo, vulgarique sermone distinctè proferant. insuper, ut pura, simplici, ac elementari aqua pro materia utantur. ulteriùs, ut eodem tempore, quo

12. Synod. Petri Vrsini eodem loco. Synod. Caroli Caraf. citat. cap. 25. nu. 8.

manu infantem abluit, sacræ verba formæ lingua pronunciet, nomenque baptizato imponat. denique, ut id agere sibi proponant, quod Christus Dominus instituit, & Ecclesia facere intendit. neque præterea quidquam novi, superstitiosi, aut vani inducere audeant. Bis autem quolibet anno super præmissa eas à Parochis ad examen vocari, earundemque peritiam recognosci omninò statuimus: in vigiliis nempè Nativitatum Christi Domini Salvatoris, & Sancti Joannis Baptistæ Præcursoris.

13\. *Cap. Parvulos. c. Quos. cap. Hi verè. de consecrat. dist. 4. Can. Si quis 1. q. 1. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Qui domi. Synod. Caroli Carafæ c. 25. num. 4. & 5.*

13\. Delatis infantibus per obstetrices instante mortis periculo baptizatis, de Baptismo per easdem collato Parochi subtilissimè perquirant. & si de ejus valore clarissimè constet, cæremonias tantùm de more Ecclesiæ suppleant, ac pænitùs à baptizando abstineant. si rationabile dubium remaneat, Baptismum sub conditione ministrent ad Ritualis præscriptum. si verò nulliter infantem baptizatum fuisse pro certo compererint, tunc simpliciter illum, & absolutè baptizent.

14\. *Conc. Prov. Neap. cit. c. 2. num. 9. Synod. Petri Vrsini eodem titulo § Sali. exorcizatum*

14\. Cauti sint Parochi, ne quid infantibus ad Baptismum suscipiendum allatis appensum, aut superimpositum sit, cujus ad superstitiones esse possit usus: itemque ne sal exorcizatum, linteola, aut aliud quidquam, quod ad sacrum mysterium pertinuerit, in domum reportetur; sed ipsi omnia hujusmodi poenes Ecclesiam ibidem consumenda retineant.

15\. *Cap. Parvulos cum tribus sequent. de consec. dist. 4. cap. de quibus. de Bapt. Rit. Roman. loc. sup. cit. §. Si mater. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Vbi aliquando.*

15\. Infantes expositos semper sub conditione bapti-

baptizandos esse, sciatur; etiamsi cum schedula testimoniali de collato Baptismate reperti fuerint, eodem tamen in schedula adnotato ipsis indito nomine; præfatæ autem schedulæ verba, signaque item, cum quibus fuerint adinventi, in libro Baptizatorum fidelitèr referenda sunt.

16. Partes, quæ regularitèr ad ablutionem suscipiendam sufficiunt, caput, pectus, & femur esse putantur: quicunque tamen necessitate cogente baptizat quamlibet partem quantumvis minimam etiam secundinis pelliculis involutam, ut manum, pedem, digitum, prolata forma Baptismi, aqua abluere potest. Debent tamen Parochi infantes sic ablutos, si mortis periculum evaserint, conditione adhibita baptizare.

17. Digna Deï populo, Sanctorum, & Angelorum, quos alma veneratur Ecclesia, parvulis in Baptismate, non autem inania, imponantur nomina.

18. Sub tuta clavi Baptizatorum librum soli Parochi custodiant.

19. Operculum fontis baptismalis ex tabulis sectilibus inter se aptè compactis Baptisterii labro nitatur; sitque ferreis fibulis firmè affixum, ut dimoveri nequeat, claveque occlusum.

20. Pulchritudini, quæ de mystico hoc balneo in Animas proficiscitur, tabernaculi configuretur ornatus, simulacrumque in eo promineat cœlestis Agni, qui veniens ut peccata totius Mundi tolleret,

16. *Rit. Roman. in Rubr. de Baptiz. parvul.*

17. *Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 3 c. 2. nu. 6. Synod. Petri Ursini hoc tit. §. Ne in ipso. Syn. Caroli Caraffa cap. 25. n. 13.*

18. *Conc. Prov. Neap. cit. n. 7.*

19. *Rit. Rom. loc. cit. §. Baptisterium. Synod. Petri Ursini tit. de Baptismo.*

20. *Rit. Roman. loco citato. Synod. Petri Ursini eodem tit.*

21\. Rit. Roman. loc. citat. de sac. Ole. vas. Conc. Prov. Mediolan. 4. S. Caroli hoc tit.

lavacra puri gurgitis attigit, & à Divo Joanne Baptista in Jordane baptizari voluit.

21\. Olea sacra ità argenteis asserventur in vasculis, ut per inscriptiones, aut alia signa primo distingui possint aspectu.

22\. S. Leo PP. ep. 4. ad Episc. Sicil. cap. 3. & 4. Rit. Roman. loc. cit. Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. Aqua

22\. Aqua baptismalis in annos singulos præscriptis ritibus, & cæremoniis renovetur, quod & in Sabbatho Sancto, & in vigilia Pẽtecostes fieri debet.

CAPUT III.

De Confirmatione.

Victoria, quæ vincit Mundum, est Fides nostra, inter agones durissimos, & colluctationes varias adversus Principes, & Potestates, adversus Mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus exercenda. Præcingit nos virtute ad bellum ille, qui Deus exercituum est, ac Dominus fortis, & potens in prælio, per sacram Chrismatis unctionem, qua confortati vires accipimus ad pugnam, spiritum ad coronam. Quod enim operatus est Deus in nobis in Baptismate, à Templo Sancto suo confirmat, quod est in Hierusalem; ex allegorica scilicet ejus Civitatis significatione nos erudiens pacem æternam temporali, quod in hac vita gerimus, certamine comparandam. Jure igitur Sacramentum hoc Confirmationis

est

est dictum: per illud enim fit, ut militari fortitudine roborati Christifideles, & magnificati in timore inimicorum, non ut filii Ephrem convertantur in die belli, sed durando usque ad triumphum, longanimi sua constantia ostendant, quia nullus potest facere, quod facere prævalet Deus.

1. Quocirca cum primùm de hujus Sacramenti functione habenda consuetum emanaverit edictum, Parochi, per quos aliqua ex parte ministerium nostrum in ea coadjuvari oportet, de ipsius præstantia, virtute, & utilitate ad populum ex Romano Catechismo verba faciant, demonstrantes propter septiformem Spiritus Sancti gratiam, imò ipsius Divini Spiritus plenitudinem, quæ in eo confertur, non solùm non esse negligendum, sed neque ad annos pubertatis differendum, cum ante id potissimùm tempus vehementiores humana conditio diabolicos patiatur incursus, & difficiliùs eis obsistere valeat.

1. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 7. Conc. Prov. Mediolan. & S. Caroli par. 2. hoc tit. Et instruct. de Sacr. Confir. §. Primum. Synod. Petri Ursini tit. de Confirmat. §. Animarum. Synod. Caroli Carafæ c. 26. num. 1. & 2.

2. Præter pietatem, devotionem, animique ardorem, quo suscipiendum est, edoceant quoque characterem illud in anima indelebilitèr imprimere: quo fit, ut nequeat absque sacrilegio reiterari. Itemque cognationem aperiant spiritualem, quæ per ipsũ non alitèr, ac in Baptismate, inter confirmatum, ejusque parentes, & Patrinum pari obligatione, similibusque effectibus emergit.

2. Trid. sess. 7. de Sacram in genere. ca 9. & sess. 24. de Ref. Matrim. cap. 2.

3. Diebus etiam ad hujus Sacramenti admini-

ſtrationem deſignatis in ipſa noſtra Cathedrali Eccleſia per virum idoneum à Nobis deputandum, eaſdem inſtructiones confirmandorum concurſui proponi volumus.

4. *Catech. Rom. par. 2. cap. 3. ver. In quo illud obſervandum. Synod. Caroli Carafæ loco cit. num. 2. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. Cæterum.*

4. Octennium ſaltèm attigerint, qui ad Confirmationem offeruntur; & ne Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiat fictos, auferatque ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripiatur à graviori ſuperveniente iniquitate, nulla ſint confirmandi Eccleſiaſtica cenſura illaqueati: nullo notorio crimine obſcuri: conſcientiam ab offenſis omnibus Sacramentali Confeſſione priùs expient: & ſi per ætatem capaces fuerint, Euchariſtiæ etiam Sacramento vegetentur, ut cujuſvis obicis contrarietate depulſa, plenaria divini ignis infuſione eorum corda flammeſcant.

5. Excludimus à Patrini munere in Sacramento Confirmationis eos omnes, quos in Baptiſmate repellendos, aut non admittendos mandavimus, ſub eiſdem pœnis: ac inſuper Confirmandis non natu majores: & Confirmatione ipſa non anteà delibutos. Ne autem ullum in hujuſmodi ſalutaris Decreti fraudem excogitari poſſit effugium, quicunque ex noſtræ Civitatis, ac Diœceſis Eccleſiaſticis ei contraire ſive per ſe, ſive per Procuratorem, vel clandeſtinè, aut alia doloſa via, modo, ſeu prætextu præſumpſerit, ſex menſium carceris formalis pœnam luet.

6. Quos

6. Quos de sacro fonte susceperunt infantes, nequeant eædem personæ ad Sacramentum Confirmationis tenere; sed adhibeantur omninò diversæ.

6. Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Ne quis.

7. Fœminæ viris in susceptione Chrismatis nõ commisceantur, sed separatìm accedant; & unusquisque sui sexus conditionẽ sequatur, ità ut mares à maribus, fœminæ à fœminis offerantur: sintque tantùm unus, vel una juxtà sacrorum Canonum dispositionem, nec plures eodem die, quàm unum, vel duos ab eadem persona præsentari permittimus.

7. S. Carol. in instruct. de Confirmat. de Patrinis, §. Id denique, & §. Nemo. Conc. Prov. Neap. citat. num. 4.

8. Cumque oderit Deus observantes vanitates supervacuè, admoneant Parochi puellas, atque Matrinas, ne florentèr ornatæ, sed honesto indutæ amictu, ad hoc Sacramentum se conferant.

Synod. Diœc. Caroli Caraf. sub nu. 3.

8. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. eod. tit. nu. 2.

9. Onus etiam sit eorundem Parochorum, confirmandos ad se quamprimùm vocare, eosque privatìm prædocere, ac diligentèr examinare in cunctis, quæ ad christianam institutionem spectant; nec eos ad Nos mittant, quin sint in principiis Fidei bonè instructi, rationem alioqui strictissimam de eorum ignorantia reddituri.

9. 10. 11. Conc. Prov. cit. num. 3. Synod. Caroli Caraf. c. 26. num. 1.

10. Sacramentum hoc adeuntes Fidem idoneitatis, gratis sibi à præfatis Parochis concedendam, eorundem manu propria factam, & subsignatam, sigilloque officii communitam secum deferant: in qua descripta sint nomina, cognomina, atque ætas confirmandorum: nomina, cognomina, & patria eorum patris, & matris: ac tandem nomina, cognomina,

mina,& patria Patrinorum,ſeu Matrinarum,eorumque Patris tantùm.

10. Fides prædicta noſtro Cæremoniarum Magiſtro tradi debet,cujus partes erunt Confirmantis, & Confirmati, hujuſque parentum, ac Patrinorum nomina, cæteraque juxtà præfatæ Fidei documenta in libro ſpecialitèr ad hoc deſtinato conſcribere: quod ſtatìm peraget, atque in adminiſtratæ jam Confirmationis termino, ſuum ſe compleviſſe munus,per ipſius libri à Nobis luſtrandi exhibitionem,oſtendere teneatur.

12. *Edictum noſtrum unoquoque anno publicari cōſuetum.*

12. Si qua autem hac de re decernenda ſuperſint, in edicto tunc temporis publicari ſolito, cujus obſervantiam hìc ſtrictè injungimus, fusè præſcribentur.

CAPUT IV.

De Sacroſancto Eucharistiæ Sacramento.

MEmoriam fecit Dominus mirabilium ſuorum cum ſeipſum in Sacroſancta Euchariſtia eſcam dedit timentibus ſe. Hoc enim præſtantiſſimo Sacramento, quod reliquorum conſummatio, finis, atque perfectio eſt, nihil excellentius fieri: nihil majus excogitari poteſt, tùm propter infinita in eo intervenientia miracula,quæ niſi Fides comprehendat, ſermo non explicat: tùm quia per illud Donator,qui bonorum omnium fons, & origo,

cun-

cunctæque sanctitatis est author, venit in donum, & datum est idem pœnitus cum Datore. Verè dignum desiderio Sacramentum, quo Christus nobiscum manducare, & Pascha facere desideravit. in eo enim amoris sui divitias in nos velut effudit, cumque totus sit omnium, & singulorum, se totum omnibus, & singulis panem vivum, supersubstantialem,& vitalem, manna absconditum, frumentum electorum, cibum grandium, gratiarum complemẽtum, & futuræ gloriæ pignus in sua carne, sanguine, anima, ac divinitate,omne delectamentum, omnisque saporis suavitatem habens, immensa liberalitate comedendum apposuit.

1.

Cap. Nihil. de consec. dist. 3. Clement. unica de Reliq. & Venerat. Sanctor. Trid. Concil. sess. 13. de Eucharistia c. 7. & sess. 24. de Refor. cap. 7. Synod. Petri Ursini tit. de SS. Euchar. §. Hoc Sacramentum. Synod. Caroli Carafæ c. 27. num. 3.

1. Cœnæ igitùr hujus magnæ divinissimum Sacramentum, in quo est gratia omnis viæ, & veritatis, omnis spes vitæ, & virtutis, Parochi, & Concionatores piis, prudentibusque sermocinationibus pro audientium captu promere nunquam desinant. in eo realem Christi Domini delitescere præsentiam; lignum vitæ edi; Angelorum panem manducari; cœleste parari convivium; spiritualem dulcedinem in suo fonte gustari; Deumque ipsum sumi edocentes. quibus firma, & inconcussa Fide conceptis nullum ad illud, nuptialem innocentiæ vestem non habentem,appropinquare debere: omnesque in eo crebrò deliciari, præcipuè verò sacratioribus anni temporibus, edicant.

2.

Cap. Sanè olim, de celeb. miss.

2. Cum tabernaculum augustissimæ Euchari-

stiæ

Cap. 1. de custod. Euchar. Trid. sess. 13. de Euch. c. 6. Rit. Roman. hoc tit. Synod. Diæc. Caroli Caraf. c. 27. nu. 16.

stiæ domus sit, majori qua potest magnificentia refulgeat, saltemque ligneum anteriori ex parte egregio cœlatum opere, atque inauratum, aliave nobili forma decorum esse debet. non in Altaris planitie situm sit, sed altiori indè gradu elevatum assurgat; & eleganti conopæo serico, juxtà usuales Ecclesiæ colores pro temporum varietate mutando, contegatur.

3. Cap. Sanè cit. sup. Cap. 1. de cust. Euchar. Sacr. Rituum Congr. in Hispal. 29. Martii 1637. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 3. cap. 4. nu. 14. Synod. Petri Vrsini tit. de SS. Euchar. §. Idcircò.

3. Locus autem, qui Custodia dicitur, ubi propriè Corpus ipsum Dominicum Pyxide inclusum residet, serico intùs panno circumvestiatur, ejusque ostiolum sera satis forti, clavique claudatur argentea, vel saltèm auro illita, quæ de chordula pendeat serica, apud Parochum, Rectorem, aut Præfectum, dummodò Sacerdos sit, perpetuò custodienda.

4. Cap. ult. de cust. Euchar. cap. Presbyteri. Cap. tribus gradibus de consecrat. dist. 2. Conc. Prov. Neapol. loc. cit. nu. 13. Synod. Petri Vrsini, §. Pyxis, & §. Pyxidem. Syn. Car. Caraf. c. 27. n. 16. Rit. Rom. hoc tit. in Rubr. §. Curare. 5. Diæc. Syn. Petri Vrsini loco supra cit. §. Idcircò in fine. Synod. Caroli Caraf. cap. 27. num. 19.

4. Corporali benedicto, limpidissimo ibidem amovibilitèr instrato, duæ super incideant Pyxides argenteæ cum suis cooperculis interiùs deauratæ, & cum palliolis albi coloris; altera major, & amplior ad Sanctissimam Eucharistiam conservandam, & communicandos in Ecclesia Christifideles; altera minor, & angustior vacua, detecta, ac revoluta, qua Sacramentum hoc ad infirmos deferatur, particulis toties quoties opus fuerit ex ipsa majori desumptis; quarum reliquæ in eadem majori reponendæ erunt post regressum à domo infirmi ad Ecclesiam.

5. Sacris Oleis, aut Sanctorum reliquiis locus in præfata Custodia, seu Tabernaculo nullatenùs concedatur.

6. Cu-

6. Custodia, seu Tabernaculum cum omni diligentia semèl ad minùs per singulas hebdomadas interiùs, exteriùsque purgetur; ipsa verò Eucharistia ab initio mensis Maii usque ad exitum Octobris bis in hebdomada, Dominica scilicèt, & Feria quinta: à Kalendis verò Novembris ad ultimum usque Aprilis semèl in hebdomada, qualibet nimirum Feria quinta renovetur, veteribus particulis à Sacerdote sumptis, aut adstantibus ministratis, & recentioribus consecratis.

7. Hostia grandior processionis tantùm, aut expositionis gratia consecretur, atque ibidem, donec fuerit à Sacerdote in Missæ communione sumpta, servetur.

8. In Parochialibus, & Conventualibus Regularium utriusque sexus Ecclesiis tantùm Sacrosancta Eucharistia conservetur; nec alibi, nisi fortè ex particulari privilegio, & facultate.

9. Juxtà proventuum Ecclesiæ mensuram plures lampades nocte, & die in conspectu Sanctissimi hujus Sacramenti semper ardeant, aut saltèm una, quarum exemplo luminis ad inaccessibile Deitatis ibi latentis lumen adorandum ducamur; atque ineffabilis hujus beneficii memores effecti, amore, & gratitudine in illud ferveamus. Qui aliqua ex parte non paruerit, pœna ad nostrum arbitrium plectetur.

10. Ne quisquam Ecclesiæ præcepto de communicando in Paschate parere negligens, aut detre-

6. Clem. VIII. constitut. 24. Sanctissimus. Rit. Roman. loc. citat. §. Sanctissimæ. Concil. Prov. Neap. supra cit. c. 4. §. 13. Synod. Caroli Carafæ c. 27. §. 17. Synod. Petri Vrsini cit. ti. §. Quinque.

7. Synod. Petri Vrsiui cit. §. Quinque.

8. Conc. Prov. Neap. supra alleg. c. 4. § 12.

9. Conc. Prov. Neap. supra cit. c. 4. n. 15. Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Lampas. Synod. Caroli Carafæ c. 27. §. 16. circa medium.

10. Rit. Rom. tit. de Comm. Paschal. §. ut igit. Synod. Carol. Carafæ c. 27. §. 13.

ctans aliquo modo se occultare speret, quin justis coërceatur, & corrigatur pœnis, Parochis omnibus, & Animarum curam habentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, ut à prima usque ad quartam Quadragesimæ Dominicam domos, atque familias suæ Parochiæ ostiatìm inquirant, omnesque in ætate ad Sanctissimam Eucharistiam sumendam legitima constitutos in libro describant. deindè à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè, quod spatium ad præceptum hoc adimplendum statuitur, singulis communicantibus singulæ schedulæ stemmate aliquo personæ, vel officii Parochi, & currentis anni expressione signatæ in testimonium acceptæ Eucharistiæ distribuantur. Die autem octavæ Paschatis transacto, domos iterùm circumeant, schedulas ipsas repetituri: & quos eis carere repererint, notent, & perindè habeant, ac si de eorum lethali inobedientia certissima probatione liqueret. Quòd si in illa obdurati per totam Octavam Pentecostes præcepto non satisfecerint, ut Interdicto ipso facto afficiantur Nobis reservato, decernimus. Parochi verò infrà quindecim dictam Octavam Pentecostes immediatè sequentes dies transgressores præfatos in scriptis ad Nos, vel Vicarium nostrum Generalem denunciare teneantur, ut in eos publicè, & nominatìm Sacrorum Canonum censuris, & pœnis animadvertere valeamus; à quibus non, nisi de nostra, vel Vicarii nostri Generalis

neralis licentia gratis danda, etiam quoad scripturam eos absolvi permittimus. Quod si in præmissis diligentiis, ac denunciatione Parochi defecerint, Episcopo arbitrariis submittentur pœnis.

11. Sacra Paschalis Communio ut sit satisfactoria, & impletiva præcepti in Ecclesia propria Parochiali de manu proprii Parochi, aut alterius Sacerdotis ab eo deputati accipienda est. Quare exceptis Sacerdotibus celebrantibus, alios quoscunque in Ecclesiis, vel Oratoriis etiam Regularium, aut in Cathedrali, ac de manu ipsius Episcopi (quidquid sit de Jure) communicantes non satisfacere, ac pro non communicatis habendos declaramus. Parochi autem alitèr fieri, nec patiantur, nec, nisi vera necessitate urgente, assentiantur, quamcunque verò difficultatem circa personas sibi subditas, aut fraudis suspicione in hujusmodi materia fundatè agnoverint, verbum de ea nobiscum faciant.

11. Capit. Omnis utriusque sexus. de pænitent. & remiss. juxta Clem. Dudum de Sepultur. Extrav. super Cathedrâ eod. tit. Sacr. Cong. Concil. 23. Ianuarii 1586. & 14. Martii 1615

12. Advenæ, Peregrini, ac Mendicantes, qui certum domicilium non habent, in Cathedralem Ecclesiam, Sacram Eucharistiam sumpturi, remittantur; eorumque nomina, cognomina, & patria in libro scribantur, ex quo scriptum eis de re præstita testimonium Parocho suo proferendum detur, si petierint.

12. Synod. Diæc. Petri Vrsini titul. de Sanctis. Eucharistia, §. In Cathedrali.

13. Ne præceptum eludi contingat, fidelitatem, ac rectitudinem plurimam in schedulis custodiendis, atque distribuendis adhiberi mandamus; ità

13. Conc. Prov. Neapol. tit. eod. tit. c. 4. §. 7.

itá ut nec surripi queant, nec plures accipi ab uno: quocircà distributores assumantur probatissimæ sinceritatis, nec, nisi Sacerdotes sint.

14. Comparantes furtivè schedulas, vel per replicatas Communiones accipientes ad finem non communicantibus eas impertiendi, aut ad alium usum illas accõmodandi, vel eisdem utentes in fraudem præcepti, quod in Paschate non adimpleverint, aut quomodocunque in hoc dolosè agentes, ipso facto sint excommunicati.

15. Ægroti, & carceribus mancipati debent in Paschate divini hujus epuli participes fieri.

16. Adversa valetudine habitualitèr afflictis suadeant Parochi, ut saluberrimo Eucharistico edulio aliquoties per annum confortari deposcant.

17. Notorio famosi scelere, ut Concubinarii, publicæ Meretrices, Usurarii, Blasphemi, Excommunicati, Interdicti, & id genus alii, nisi vitam, & mores ad bonam reduxisse frugem constiterit, vel de suscepta absolutione credibile testimonium deferant, modestis quidem, sed tamen modis omnibus ab Eucharistica mensa per Animarum Curatores arcendi sunt.

18. Vetamus ad hoc immortale convivium pueros primùm accumbere sine proprii Parochi facultate, pro qua tamen requisitus poterit prudentis Confessarii judicio acquiescere. Erudiri autem debent pueri, & sedulò examinati de cœlestis hujus ali-

15. Cap. Pervenit. de consecr. dist. 2. Rit. Rom. de comm. Pasch. §. Ægrotis. Conc. Prov. Neap. citat. c.4. §. 8.

16. Rit. Rom. tit. de comm. infirm. Concil. Provin. Mediol. S. Caroli 4. in act. Ecc. Mediol. part. 4. supr. citat. Conc. Prov. Neapol. §. 8.

17. Synod. Petri Ursini tit. supracit. §. diligentissime. Synod. Caroli Carafæ c.27. §.7. Conc. Prov. Neap. cap. 4. supr. cit. §. 3.

18. S. Carolus in act. Eccl. Mediol. Instruct. de Euch. tit. qui ad sacrũ, §. Nec verò. Catech. Rom. part. 2. c. 1. de Sacr. in gen.

alimoniæ excellentia, & virtute; qua religione; animi pietate; & præparatione sumenda sit: ac etiam de præceptis, & articulis Fidei; de Oratione Dominicali; atque de Ecclesiæ Sacramentis, maximè Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ. Approbatos verò in eorum libro, in quo recensentur qui Paschali tempore communicare tenentur, statìm referre Parochi non negligant. *Conc. Prov. Neap. alleg. cap. 4. §. 4.*

19. Ecclesiastici omnes ad Sacerdotium non adhùc promoti, juxtà Sacri Concilii Tridentini monitum, Sacramento hoc refici frequentèr ne cessent. *19. Concil. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 11. & 13.*

20. Neminem ignorare arbitramur prædivitem Indulgentiarum Thesaurum à Sancta Sede Apostolica illis omnibus concessum, qui Sanctissimum hoc Sacramentum, ad ægros delatum, piè, religiosèque comitantur. Ex quo Christi fideles hortamur, atque in visceribus Misericordiæ Dei nostri obtestamur, ut, audito ad id campanæ sono, omni alia cura posthabita, ad Ecclesiam conveniant, Sacerdoti ad infirmos vitale ferculum deferenti se comites adjuncturi. Quod imprimis ad illos spectat, qui Sodalitati venerabilis Christi Corporis associandi institutæ nomen dedere. Si verò hæc alicubi nondùm extat, ut quamprimùm erigatur Parochus conatum omnem intendat, Indulgentiasque eis concessas promulget. *20. Inn. PP. XI. in Brev. Ap. sub dat. Romæ apud S. Mar. Major. die 1. Octob. 1678. & Innoc. XII. confirm. ex Rescrip. Apost. die 6. Iunii 1692. Synod. Petri Ursini eodem tit. §. Sacerdos.*

21. Ad hujusmodi Processiones, quæ noctu fieri contigerit, nullatenùs mulieres accedant. *21. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 3. cap. 4. §. 11.*

22. Præter

22\. *Synod. Petri Ursini tit. suprà cit. §. Ubi autem, cum seqq. §§.* *Synod. Caroli Carafæ c. 27. §. 18.* 22. Præter Thuribulum, & Umbellam oloſericam, ſine qua auguſtiſſimum Sacramentum nunquàm eſt efferendum, de quatuor ad minùs cuilibet Curatæ Eccleſiæ ſit proviſum laternis, quæ adversùs ventorum, imbriumque injurias colluceant: cerea etiam addantur funalia tot, ſeu accenſa intortitia, quot Eccleſiæ vires patiuntur, ità ut numerum expleant ſaltèm duodenarium.

23\. *Synod. Caroli Carafæ c. 28. §. 6.* 23. Ut laus, & jubilatio Euchariſtico huic Sacramento à cunctis debita, flagranſque erga ipſum devotio jugitèr in cordibus fidelium augeatur, illud in omnibus, & ſingulis Parochiis tùm Civitatis, tùm Diœceſis Dominica tertia cujuslibet menſis per Eccleſiæ ambitum proceſſionali honorificentia circumduci Parochis, cæteriſque ad quos ſpectat, ſub pœna ad noſtrum arbitrium, expreſsè mandamus.

25\. *S. Rit. Congr. pluries declaravit, & ſignāt. in Neapolitana 24. Iulii 1659. & anteà ſub die 17. Aug. 1630. in alia Neap.* *Conc. Prov. Neapol. ſæpè cit. §. ultimo.* *S. Rit. Congr. 26. Februar. 1628.* *S. Cong. Epiſ. & Regul. 7. Sept. 1598.* 24. Proceſſiones etiam, & ſolemnia Corporis Chriſti, ne ab Eccleſiarum aliarum contemporali more diſſideant, tam in Civitate, quàm in tota Diœceſi extrà Octavam Feſtivitatis ejuſdem peragi prorsùs prohibemus; ſed ubique intrà ipſam Octavam expediantur. quod Parochi omninò adimpleri curabunt, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium.

25\. Sciant Rectores omnes quarumcunque Eccleſiarum, etiam Regularium utriuſque ſexus, nullo modo eis licere abſque noſtra expreſſa licentia, neque etiam ex cauſa publica, Sanctiſſimam Euchariſtiam palam fidelibus adorandam exponere. Quod

quidem

quidem pro Regularibus à Sacra Rituum Congregatione pluries declaratum est; ejusque super hoc Decreta inviolabilitèr servari præcipimus. Pro causa autem privata solùm permittitur ipsis Tabernaculum aperire, ità tamen ut hostia inde non extrahatur, nec possit videri.

CAPUT V.

De Sacramento Pœnitentiæ.

DEus, cujus misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus; non solùm è naufragio originalis peccati in gratiam, & portum salutis nos transtulit regeneratione Baptismi; verùm etiam Pœnitentiæ secundam tabulam parare dignatus est, cum ab innocentia baptismali ex fragilitate nostra excesserimus. Hoc unum lapsis refugium superest, ut hac tabula arrepta, è peccati abysso subleventur, & iterum ad securitatis portum appellant. Huic omnibus insistendum quoties per errorum procellas periclitamur; hæc etenim non modo jacturas reparat, sed præterea reddit annos, quos comedit locusta, bruchus, rubigo, & eruca. Proindè à Presbyteris omnibus, quibus commissum est de salutaribus Redemptionis fontibus sanguinem haurire delendis criminibus efficacem, sedulam operam in exequendis quæ super hoc Sacramento præcipiuntur, desideramus.

1. Di-

1\. *Trid. seß. 23. de Ref. c. 15. S. Cong. Conc. die 14. Apr. 1646. & Sac. Congr. Episc. & Regul. Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili. Vrba. VIII. constit. 92. Cũ sicut. Synod. Petri Vrsini hoc titulo, §. Nullus.*

1\. Divinam hanc à peccatis absolvendi potestatem ad modum judicii à Christo Domino institutam, nullus Sacerdos sive Secularis, sive Regularis exerceat, cui ordinaria jurisdictio ex Parochiali Beneficio actu possesso non insideat, vel delegata à Nobis saltem non accesserit. Quocircà sine nostra approbatione, & expressa licentia latas absolutiones nullius erunt roboris: ac præterea sic in hac nostra Civitate, vel Diœcesi confessiones excipere, atque à peccatis absolvere temerè præsumẽtes, absque scilicèt legitima facultate, vel ea jam expirata, juxtà Concilii Tridentini, & Sacrarum Congregationum Decreta excommunicationis ipso facto, quam Nobis reservamus, pœnam incurrere, & aliis etiam ex Bulla Gregorii XV. atque ad nostrum arbitrium mulctandos fore pœnis, declaramus.

2\. Omnes propterea facultates in scriptis, vel oretenus à Nobis datas ad audiendas confessiones pro certo quodam temporis spatio, expirare omninò eo tempore transacto, ac pro expiratis habendas esse, noverit unusquisque: sicut etiam de iis edicimus, quæ à Prædecessoribus nostris quomodolibet, & ad quodcunque tempus fuerint impetratæ.

3\. *Innoc. XI. in Decr. S. Cõgr. Conc. de commun. quotid. 12. Februar. 1679.*

3\. Graves etiam ad nostrum arbitrium decernimus pœnas in omnes, qui à Nobis non approbati, ac licentia nostra non muniti venialium solummodò peccatorum confessionem audire, & absolutionem impertiri ausi fuerint; cum hoc ipsum ex Decreto

sanctæ memoriæ Innocentii XI. prohibitum sit. 5.

4. Qui ab Animarum cura pridem habita, quacunque ex causa, destiterint, nequeant sub eisdem pœnis, nova à Nobis non obtenta facultate, Sacramentum Pœnitentiæ ministrare. 6.

5. Excipimus mortis articulum, in quo quilibet simplex Sacerdos, quamvis excommunicatus, suspensus, interdictus, sive etiam irregularis, potest à quibuslibet peccatis, & censuris, etiam Nobis, & Summo Pontifici reservatis quoslibet pœnitentes absolvere; eos tamen obligando, quoad censuras, suo se Superiori respectivè præsentari si supervixerint, juxtà disposita per Sacros Canones. 7.

6. Regulares, aut alii Sacerdotes, qui ignoti fuerint, ad examen admitti ne petant, nisi suorum Superiorum literis commendentur; quæ de recenti factæ fuerint, & de vita, & moribus ipsorum, aliisque requisitis testimonia perhibeant. 8.

7. Cum non doctrinæ solius, ac vitæ, sed etiam ætatis gravissimo in hoc munere Sacramentales Cõfessiones audiendi habenda sit ratio, nullus Sacerdos ad illud obtinendum sive Regularis, sive Secularis Nobis se sistat, qui trigesimum pro virorum, & pro utriusque sexus confessionibus excipiendis trigesimum quintum suæ ætatis annum non compleverit, ac nempè conditione, & non alitèr admittendus omninò.

8. Studeant maximè Parochi, ut præceptum

5. Trid. sess. 14. de Pœnit. c. 7. c. cos, qui, de senten. excomm. in 6.

6. Conc. Prov. Neapolit. sub Card. Cantel. tit. 3. cap. 5. §. 3.

7. Ex 1. Concil. Provin. Mediol. S. Caroli par. 2. titulo Quæ pertinet ad Sacr. Pænit. administ. Literæ Sacr. Congr. SS. Inquis. ex mandato SS. D. Innoc. XII. 4. Dec. 1694.

8. Capit. Omnis utriusque sexus de Pæn. & Rem. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 7. & sess. 14. de Pœnit. cap. 5. cap. Porrò. c. Facilius. cap. quis. c. quem de Pœnitent. dist. 1.

Ecclesiæ, quo, sub pœna Interdicti, omnes Christifideles, quotquot ad annos discretionis pervenerint, conscientiam suam sacra Confessione repurgare tenentur, inviolabilitèr observetur: & exagerando Sacramenti necessitatem, paritèr, ac lenitatem, sæpiùs disserendo de Pœnitentiæ circumstantiis, deque virtute diligentis præparationis, alliciant populos; suaviterque disponant, ut ultrò accedant, ne per vim, & censuras ad sua curanda vulnera compellantur.

9. Can. qui vult 1. de Pænit. dist. 6. c. alligant 26. q. 6. S. Cong. Conc. 1. Feb. 1593. Conc. Prov. Medio. S. Carol. 3. hoc tit. D. Carolus in Instr. Confess. quæ legitur in Append. Concil. Prov. Neap. Card. Cantelmi fol. 207.

9. Sacerdos ad Confessiones audiendas destinatus meminerit tam pro suis, quàm pro fidelium, quorum confessiones auditurus est, delictis, ex præscripta in Rituali forma, precari. Summa autem conscientiæ puritate, parique charitate pro solius Dei gloria, & Animarum salute, non autem ulla inani ambitione, curiositate, aut avaritia ad tanti Sacramenti administrationem accedat: quodque omnibus præcepit Paulus, illud peculiaritèr sibi injunctum putet: Rogamus autem vos, Fratres, corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Cætera item omnia quàm diligentissimè præstet, quæ tùm in Rituali ipso, tùm in his Constitutionibus pro recta hujus Sacramenti administratione observanda adnotatur.

10. Concil. Prov. Neapol. loco cit. §. 12.

10. Confessionalia locentur in Ecclesiis conspicuo, & aperto loco, ubi tam Confessarii, quàm Pœnitentes videantur ab omnibus; non in Cappellis,

lis, cellulis, angulis, aliisve minùs patentibus locis, & subobscuris. Et indè, siqua adsunt etiam in Ecclesiis Regularium, & quomodocunque exemptorum, confestìm amoveri mandamus.

11. Mulieres confitentes nullatenùs facie ad faciem, sed in Confessionalibus tantùm audiantur, in quibus genuflexarum pœnitentium locus à loco sedentis Ministri per ferreas, aut stamneas crates punctatìm perforatas discriminetur: nec ante claram Auroram, aut post Solis occasum earum confessiones audiantur. Contrafacientes suspensionis pœnam ipso facto ab audiendis Confessionibus incurrant, etiamsi Regulares fuerint. Quod si Parochi extiterint, arbitrio nostro punientur.

12. Earundem ægrotantium, sub eadem suspēsionis pœna, confessiones in domo nemini audire liceat, præterquam aperto cubiculi ostio, ità ut tam mulier ipsa, quàm Confessarius ab omnibus prospici queant, non autem audiri.

13. Cujuscunque professionis Medici, qui infirmos in lecto jacentes inviserint, admoneant eos, ut Sacramentali Confessione in primis à peccatorum ægritudine Animam curent: & si intrà tertium diem se à maculis conscientiæ non expiarint, & de hoc ipso certum in scriptis testimonium, vel à proprio Parocho, vel à Confessario approbato non habuerint, elapso termino, in illorum visitatione, & cura non ampliùs perseverent. Quòd si spiritualis

11. S.Cong.Epis. & Reg. 21. Iunii 1620. Concil.Prov. Neapol. cit. §. 11. Synod. Petri Vrsini.cit.tit. §.Antesolis. Synod.Caroli Caraf. c. 36. §. 16.

12. Iuxta decretum Cong. S. Apost. Visit. pro Vrbe de mandato Vrbani VIII. sub die 20. Iulii 1625. S.Cong. Epis. 29. Aprilis 1611. Conc. Prov. Neap. cit.c.5.§.13.

13. Cap. Cum infirmitas. de Pœn.& Rem. B. Pius V. const.3.supra gregem. Conc. Prov. Neapolit.cit. cap. 5. §.15. S.Cong.Epis. & Reg. 30. Sept.1682.

propriæ; & prædictorum infirmorum salutis immemores in hoc æternitatis negotio deliquerint, præter gravem culpam, quam inibunt, pœnas insupèr in Constitutione Beati Pii V. contentas incurrent. Ubi autem in hoc ipso desidiosi fuerint cùm iis, qui febri, vel alio periculoso morbo laborant, tunc præfatæ mortalis culpæ, tanquam gravioris, absolutionem Nobis reservamus.

14. *Conc. Prov. Mediol. 3. S. Carol. hoc titulo. Sacr. Congr. Conc. 1. Febr. 1593. Concil. Prov. Neap. loc. citat. §. 9. Synod. Petri Vrsini hoc titulo. §. Avaritiæ autem.*

14. Caveant Confessarii etiam Regulares, & Parochi ne infirmorum animos circumveniant, aut importunis precibus, & cohortationibus lacessant, ut sibi, vel suis, aut suæ Religionis Ecclesiis legata relinquant; sed de hac re ne minimum quidem verbum cum ipsis proferant: solùm autem hoc curent, dummodò necessarium videatur, ut ad suffragia pro Animabus suis prærdinanda eos excitent. Si secùs egerint Parochi à Divinis: cæteri verò ab audiendis Confessionibus sint ipso facto suspensi.

15. Nemini liceat infirmos, præsertìm in vita periclitantes fraudare à desiderio suo habendi apud se Religiosos viros, aut Confessarios, aut Notarios, quos illi ad se vocari poposcerint, decipiendo, impediendo, aut quoquomodo, ne adeant, operando; sed sicuti infirmi petierint, ità illis omninò fiat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

16. *Conc. Prov. Mediol. VII. tit. de Sacr. Pænitentiæ.*

16. Perdit erubescentiæ virtutem Sacramentalis Confessio quotiès apud criminis socium, seu complicem Pœnitens peccata deponit: tantòque in

in hujus sola consideratione facinoris horrore concutimur, ut eo patientiam nostram prorsùs commi-nutam fateri cogamur. Facultatem idcircò Confessariis omnibus tam Secularibus, quàm Regularibus adimimus; & ademptam esse præsenti Constitutione sancimus, eas personas in confessione pro illa vice audiendi, & Sacramentalitèr absolvendi, cum quibus utcunque, & quomodolibet ipsi impudicè versati, aut commaculati fuerint. Ac iidem Confessarii Regulares si in hoc contravenerint, ipso facto ab audiendis Cõfessionibus se suspensos agnoscant. Quod si Parochi in tam acre facinus (quod nefas est cogitare) inciderint, latæ sententiæ excommunicationem, Nobis reservatam incurrant. Cui etiam reservatæ excommunicationi Confessarios Seculares volumus subjacere.

17. Pagella Casuum reserv. nostrorum, Prædecess. Synod. Caroli Caraf. de casibus reserv. c. 31. §. Confessarios etiã.

17. Eorundem verò Confessariorum criminis execrandi, ad obscæna quaslibet personas sibi confitentes, licèt non immediatè ante, vel post confessionem, verùm occasione ex auditis in confessione accepta; inducentium, sive sollicitantium, absolutionem Nobis tantummodò reservamus.

18. Gregor. XV. con. 34. Universi, & iuxta lit. Sacr. Congr. Univers. Inquisit. de Urbe 3. Octob. 1626. Capit. omnes, cum duob. sequentib. 30. qu. 1. Conc. Prov. Neap. cit. c. 5. §. 16.

18. Studeant interim Confessarii, ut Constitutio Gregorii XV. contra Sacerdotes sollicitantes in confessione, omnesque aliæ Declarationes Sacræ Congregationis inviolabilitèr serventur. Insuper hac præsenti Constitutione Confessarios, etiam Pa-

rochos,

rochos, qui ad impudica personam quamcunque ex sibi confitentibus sive in actu confessionis, sive ante, vel post immediatè sollicitaverint, aut etiam qui à præfatis personis sollicitati consenserint, ex nunc pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reservatæ innodatos esse decernimus.

19. *Conc. Prov. Neap. supra cit. c. 5. §. 8.*

19. Pœnitentis statum, & peccatorũ circumstantias dum Confessarii inquirunt, prudenti utantur dexteritate: prorsùsque ab iis interrogandis abstineant, quæ ad validitatem confessionis non sunt necessaria scitu. Super omnia autẽ caveant, ne inconsulta eorum diligentia, ac nimia explorandi subtilitate, pusillorum Animæ scandalum patiantur, patrandorumque scelerum novos apprehendant modos, & ad desideria excitentur faciendi, quæ jamdudum ignorabant. in adolescentibus præsertìm, & puellis circà impuritatis materiem interrogandis se honestissimè gerant, ne ad pejora potiùs facem præferant, & in tentationem inducant, quos à malo liberare tenentur. Cognitionis item personarum curiositatem omninò aufugiant, quin & pœnitentes ab illis nominatìm prodendis absterreant. hoc enim Pœnitentiæ Tribunal, ubi Misericordia, & Veritas præcedunt faciem Dei, eo fine complures invadunt, ut infamiis contra tertium fidem astruant, & os peccatoris, & os dolosi ad aliorum magis, quàm ad sui accusationem aperiatur.

20. *Citat. Concil. Prov. Neap. cap. 5. §. 8. Conc. Prov. Mediol. 3. hoc tit.*

20. Procul sit à Confessariis humani lucri suspicio,

cio, omnisque avaritiæ labes. quare sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus eo ipso incurrenda, à pœnitentibus causa, & intuitu confessionis quidquam ne petant sive verbis, sive signis, vel exigant; ne Sacramentalis quidem satisfactionis nomine, aut pro celebratione missarum. Et sub eadem pœna mandamus, ut à spontè dantibus recipere se abstineant: nec aliquid injungant, quod in ipsorum, vel propriæ Ecclesiæ utilitatem refundatur: quin etiam tempore confessionis oblatas pro missis celebrandis eleemosynas ad Sacristiam remittant.

Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Avaritia.
Synod. Caroli Carafæ c. 30. §. 14.

21. Restitutionibus, ad quas pœnitentes tenentur, & parati sunt facere, se intermiscere non concupiscant. Quod si alitèr occultè restitutio fieri non possit, quàm per ipsum Confessarium, vel ità pœnitens velit, tunc id recusare non debent. Hoc autem ità cautè præstent, ut ab eo, cui restituerint, chirographum accipiant, pœnitenti protinùs reddendum. Si autem Confessarius depositum sibi detinuerit, aut ultrà triduum ei reddere, cui rogatus fuerit, malitiosè distulerit, tunc ipso facto suspensus maneat. Restitutiones verò incertis faciendæ, quæ propterea pauperibus, Ecclesiæ, vel in alios pios usus erogari debent, non sibimet, nec suæ Ecclesiæ, seu Conventui Confessarius fieri omninò injungat, aut suadeat, sed pœnitentium arbitrio omninò relinquat.

Syn. cit. Petri Vrsini hoc titulo. §. Pro restitutione verò.

22. Non audeant, imò & absolutè caveant Cõfessa-

fessarii etiam Parochi suis pœnitentibus limitare accessum ad alios Confessarios, aut libertatis eorum quomodolibet restrictiva, sive præcepta, sive consilia ferre, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. De copiosiori mulierum pœnitentium numero circa sua confessionalia, & de publicis cum eisdem, prolixisque colloquutionibus, nec sint anxii, nec intumescant, & prætextus omnes etiam spiritualis instructionis earum domos circumcursandi à se omninò abiiciant. quique contra has prohibitiones aliquid attentare præsumpserint, pœnis omnibus tùm Juris, tùm arbitrii nostri pro rei qualitate subjacebunt.

23. S. Cong. Conc. 11. Iul. 1620 S. Congreg. in Ferrar. 13. Octob. 1593. Conc. Prov. Neap. supra cit. c. 5. §. 4. Syno. Caroli Carafæ c. 16. §. 24.

23. Discussiones Casuum conscientiæ quartis quibusque feriis ad Confessariorum eruditionem, & praxim unicè spectantes, à Prædecessoribus nostris in Ecclesia nostra Cathedrali jamdudum institutas, quibus, & Nos libentèr intersumus, tam à Confessariis, quàm etiam ab iis, qui ad confessiones approbari desiderant, in Civitate commorantes frequentari mandamus: & Parochos etiam, ut intersint, hortamur. Per Diœcesim verò singulos ex præfatis ad hujusmodi discussiones in locis destinatis habendas, ut conveniant, obligamus. secùs si per tres continuas vices sine legitima causa defecerint, iis, qui Confessarii sunt, facultas ulteriùs non prorogabitur: cæteri verò nec ad ipsum Confessionis examen admittentur.

24. Ar-

24. Arctissimum Sacramentale sigillum observantissima Confessarii, ac perpetua religiositate custodiant: nec directè, nec indirectè sub quovis, vel gravissimæ necessitatis prætextu significent quidquam tùm in actu judicii, tùm post quodcunque temporis decursum, de auditis in confessione. Quin etiam si facultatem loquendi extrà confessionem Pœnitens ultrò concesserit, prudenter taceant, eâque minimè utantur, nisi maximi momenti causa urgeat, & idem Pœnitens expressa, atque iterata interpellatione instantèr poposcerit.

25. Cunctos tam Seculares, quàm Regulares Confessarios monitos esse volumus, datam eis ad fidelium utriusque sexus confessiones audiendas facultatem non extendi ad Moniales; nec ad eas, quæ intrà Monasteriorum septa educantur, inserviunt, aut alio quovis titulo degunt, nisi de iis expressa à Nobis mentio facta fuerit: quod paritèr de Conservatoriis sancimus. Qui alitèr præsumpserint, sint ipso facto ab eo munere suspensi, præter alias, quas ad arbitrium nostrum luent pœnas.

26. Confessarii quicunque tam Seculares, quàm Regulares absolvere præsumentes à casibus in Bulla Cœnæ Domini clarè, vel dubiè contentis, & ab aliis extrà Urbem, vel intrà Italiam Papæ reservatis, sicut etiam à censuris, & casibus, quos locorum Ordinarii hactenùs sibi reservaverunt, vel in posterum reservabunt, sine licentia eorum, ad quos spectat, li-

24. Can. Sacerdos de Pœnitent. dist. 6. Conc. Prov. Neap. alleg. cap. 5. §. 6. Cap. si Sacerdos de offic. Iud. ord. c. dilectus de excess. Prælat. Cap. omnis utriusq; sexus de Pœnit. & Remiss.

25. Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili ad qua Declarationes S. Congreg. Concil. Clem. X. Constit. 7. Superna S. Cōg. Concil. in Ianuensi 9. Iunii 1657. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 11. c. 1. §. 10.

26. Bulla quotānis legi solita fer. 5. Cœnæ Domini Decretum Sacr. Cong. Episc. & Regul. de speciali mandato Clem. VIII. die 9. Ian. 1601. Aliud Decr. eiusdem Sac. Congr. Ep. & Reg. etiam ex speciali mandato eiusdem Pontificis sub dat. Romæ die 26. Nov. 1602.

cèt id faciant quorumlibet privilegiorum prætextu, ſciant ſe incurrere in excommunicationem, privationem officiorum, Dignitatum, ac Beneficiorum, necnon inhabilitatem ad illa deinceps obtinenda, ipſo facto, & abſque alia declaratione; quorum abſolutio, diſpenſatio, & rehabilitatio ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat.

Eadem Sacr. Congreg. ſub Paulo V. 7. Iann. 1607. Adeſt alia decl. eiuſdem Sac. Congreg. Epiſ. & Reg. quoad Regulares de anno 1628. 27. Novembr. de mandato Vrbani VIII. Demum ead. S. Congr. Ep. & Regul. ex mandato Innocen. X. 10. Decib 1607. idem decrevit.

CAPUT VI.

De Caſibus Reſervatis.

Qvemadmodum graviores peritioribus Medicis morbi reſervari ſolent, & graviores cauſæ ad Superiores Judices deferri; ità quædam enormia crimina non à quocunque emendanda Confeſſario, ſed ad Præſulem ſunt reſervanda. Quod eo conſilio fit, ut difficultate impetrandæ veniæ deterriti nefarii, ac ſceleſti homines minùs ſint ad malum proclives, & à recidendo ſæpiùs arceantur. facilitas enim veniæ delinquendi laxat habenas, deterioreſque omnes facit confidentia, quibus timor, ac pudor obſtaculo eſt. Et ſanè turpioribus animi inquinamentis ſe fædare erubeſcunt, qui vident non poſſe abſolvi à quovis Sacerdote, ſed à ſolis Eccleſiæ Prælatis, quorum reverentur vultus, & reprehenſiones formidant. Hinc eſt, quod Summi Pontifices, & Epiſcopi aliqua ſibi ſcelera reſervare

vare consueverunt, suffulti Divina Christi Domini authoritate, qui eis reservandi potestatem fecit illis verbis: Quorum retinueritis peccata, retenta sint. Casus ergo, quos Nobis volumus in hac nostra Dioecesi reservatos, sequenti comprehenduntur synopsi.

Casus reservati, quibus Excommunicatio ipso facto annexa est.

1. Accipientes, aut dantes per se, vel per alium res sacras, sive benedictas ad veneficia, Divinationes, Sortilegia, aut alia diabolica molimina, abusu tamen subsecuto. Accipientes verò, vel dantes ad eosdem fines Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Chrisma, Oleum Sanctum, sive aliud quovis consecratum, etiam abusu minimè subsecuto.

2. Promittentes obsequium dæmoni, aut ei sacrificium, seu thus offerentes, etiamsi errore careant intellectus. Magicas artes profitentes, aut in opus deducentes. Condentes, sive condi facientes imagines, anulos, aut quodcunque aliud arte confectum, ut in eo dæmonem constringant, vel ab eodem responsum accipiant. Et omnes, qui libellos magicos legerint, aut libros detinuerint, tractantes de Magicis artibus, Cantionibus, & Veneficiis.

3. Venefici, & Veneficæ, Necromantes, Divinatores, Sortilegi, Lamiæ, Striges, sive quovis alio

nominé nuncupentur ex utroque ſexu, qui cum expreſſa dæmonis invocatione ad amorem etiam conjugalem captandum, vel odium inferendum, vel ad theſauros inveniendos, aut ad alium quemcunque finem utuntur incantationibus, aliiſque maleficiis, vel etiam ligaturis, quibus à matrimonii uſu conjuges arcent: necnon in præmiſſis ſcientèr quomodolibet cooperantes.

4. Sortilegia ſimplicia committentes, aut docentes, dummodò ter admoniti non ſe emendaverint.

5. Omnes utriuſque ſexus perſonæ ſcientes aliquos hæreſis labe infectos, vel de hæreſi quomodocunque, etiam levitèr, ſuſpectos, quos in noſtra Synodo, ac præcipuè in Edicto de hac re edito, declaravimus, ſi infrà quindecim dies Nobis, aut Vicario noſtro Generali illos denunciare neglexerint.

6. Libellos famoſos, vel literas ignominioſas, etiam in forma ſupplicis libelli, anonymas, aut ficto, vel alieno nomine ſubſcriptas componentes, vel edentes, affigentes, aut exarantes: quique crimini hujuſmodi conſilium, auxilium, vel favorem dederint.

7. Sacerdotes ſive Seculares, ſive Regulares Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare præſumentes abſque legitima facultate, vel ea jam expirata.

8. Confeſſarii omnes etiam Parochi, qui perſonarum quarumcunque, cum quibus quomodolibet

im-

impudicè versati fuerint, confessiones pro illa vice audire, easdemque Sacramentalitèr absolvere præsumpserint.

9. Similitèr omnes Confessarii, etsi Parochi sint, qui personam quamcunque ad inhonesta in actu Confessionis Sacramentalis, sive immediatè ante, sive immediatè post sollicitaverint, aut sollicitationi quomodolibet consenserint.

10. Sponsi, & Sponsæ, qui post inita sponsalia coram testibus, vel Parocho, & ante Matrimonii legitimam celebrationem quomodolibet insimul inhonestè tractaverint: vel qui ad domum alterius sive publicè, sive occultè accesserint: omnesque personæ hoc idem non impedientes, cum possint, & teneantur.

11. Qui debitis denunciationibus, aliisque requisitis à Tridentino Concilio, & Sacris Canonibus non præmissis, vel etiam præter stylum nostræ Curiæ Episcopalis Matrimonium per verba de præsenti contrahere præsumpserint, tametsi id faciant præsente proprio Parocho simulatis prætextibus accersito, sive per fraudem, aut per vim adducto, tùm viri, tùm mulieres, omnesque auxilium, vel consilium præbentes.

12. Concubinarii utriusque sexus, qui contracto concubinatu, in eo perseveraverint per tres menses.

13. Quicunque in Ecclesiis, Cappellis, aut

Ora-

Oratoriis tùm Secularium, tùm Regularium, vel in ipſorum locorum Sacriſtiis, Cœmeteriis, Campanilibus, Clauſtris, aut Dormitoriis, ſive aliis locis immunibus homicidia patrare, mutilare, vulnerare, aut quomodocunque gravitèr quempiam percutere, vel dearmare auſi fuerint.

14. Auferentes, aut abſque noſtra licentia donantes, vel transferentes etiam cum ſolennitate, & convenienti pompa ſacram quamcunque Reliquiã, vel ejus Particulam de Eccleſia aliqua hujus Civitatis, vel Diœceſis.

15. Qui abſque noſtra, vel Vicarii noſtri Generalis licentia ad Monialium Monaſteria, quamvis exempta, accedere præſumpſerint ad colloquendum cum aliquibus, vel aliqua illarum, etiamſi ſit Novitia, Converſa, Famula, aut Educanda; exceptis in primo, vel ſecundo conſanguinitatis, aut primo tantùm affinitatis gradu conjunctis. Et qui obtenta licentia colloquendi cum aliqua prædictarum, data opera, & ex profeſſo cum alia in præfata licentia non comprehenſa, colloquuti fuerint.

16. Quicunque coràm per verba, ſeu actus impudicos, ac inhoneſtos, aut eminùs mediis literis, vel internunciis cum aliqua ex Monialibus, vel aliis, ut ſupra nominatis de rebus obſcænis tractare temerè præſumpſerint. Inſuper ii, qui propè mænia, ſeu atrium Monaſterii canendo, vel turpia proferendo manent, vel deambulant eo fine, ut à Monialibus audiantur.

17. Omnes

17. Omnes personæ utriusque sexus, etiam quovis gradu conjunctæ, quæ sine nostra, vel Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis, Virginum Conservatoria ingredi ausæ fuerint: necnon Abbatissæ, & Janitrices quoque ipsorum Conservatoriorum eisdem, præfata in scriptis licentia carentibus, ingressum dantes, vel permittentes, & non toto nisu impedientes.

18. Quicunque Regulares humaverint, seu sepeliverint decedentes absque electione sepulturæ, inconsulto Capitulo nostræ Cathedralis.

19. Notarii, qui intrà duos menses à morte Testatoris innotescente pia legata, seu quascunque alias dispositiones ad pias causas, per ipsos rogatas, nostræ Curiæ Episcopali in scriptis non denunciaverint.

20. Administratores, OEconomi, seu Officiales in usum proprium convertentes, vel aliorum usui permittentes pecunias Ecclesiarum, Cappellarum, Oratoriorum, Confraternitatum, cæterorumque locorum piorum, & etiam Montium, quorum administrationem, seu OEconomatum gerunt.

21. Procurantes quomodocunque abortum fætus animati, sive inanimati, etiam effectu non sequuto; mandatumve, consilium, aut auxilium ad id dantes.

Casus reservati, quibus suspensio annexa est ipso facto.

1. PArochi, omnesque alii, quibus Animarum cura commissa est, si negligentia, vel culpa ipsorum Infans sine Baptismi Sacramento decedat.

2. Sacerdotes sacrum facere præsumentes non induti talaribus vestibus.

3. Sacrum Subdiaconatum, vel alios Sacros Ordines suscipientes cum ficto, vel falso, fiduciario, aut quovis modo fraudulento Patrimonio.

4. Confessarii quicunque Delegati, etiam Regulares, si personas, cum quibus utcunque impudicè tractaverint; in confessione audire, & absolvere ausi fuerint, ab audiendis Confessionibus suspensionem ipso facto incurrant.

Casus reservatus, cui Interdictum ipso facto annexum est.

QUi Paschalis Communionis præceptum in propria Parochia non adimpleverint usque ad Octavam Pentecostes inclusivè.

Casus reservati absque Censura.

1. DEum, Christum Dominum, vel Beatissimam Virginem blasphemantes ultrà duas vices.

2. Con-

2. Confessarii quicunque sive Ordinarii, sive Delegati ad obscæna quaslibet personas ex sibi confitentibus inducentes, seù sollicitantes, licèt non immediatè ante, vel post confessionem; dummodò ex auditis in confessione occasionem acceperint.

3. Cujuscunque professionis Medici, visitantes infirmos in lecto jacentes, febriq; laborantes, vel alio morbo periculoso, ultra tres dies à visitatione, si eis per fidem Confessarii in scriptis datam non constiterit, quod infirmi peccata sua confessi fuerint.

4. Homicidium voluntarium committentes, illudve mandantes, vel consulentes.

5. Mares incestuosi in primo, & secundo consanguinitatis, vel affinitatis gradu, vel spirituali cognatione conjuncti.

6. Deponentes falsum in Judicio cum damno alterius: necnon utentes falsis testibus, instrumentis, aut publicis scripturis falsis in præjudicium tertii.

7. Sodomitæ, vel cum brutis coëuntes.

8. Incidentes, aut eradicantes arbores, vel populos virides, vitesve fructiferas.

CAPUT. VII.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

IN supremo discrimine, & in exitu caliginosi hujus seculi, Deus è Cœlo mysticæ lam-

padi, quam ardentem manibus noſtris in limine vitæ Mater commendavit Eccleſia, alimenta miniſtrat, oleum nimirùm à rerum ſacrarum Hierarcha conſecratum. Hoc opem lucidam præbet adverſus Principem tenebrarum, fidelium mentes angore, & deſperatione in extremo certamine validè oppugnantem, ac propter modicum tempus, quod habet, exertis viribus præmentem: & miſerationum Domini nunquam moritura luce Animas illuminat, ut tanquam Gedeonis milites, fracto mortalitatis luteo vaſe, lucernas micantes oſtentent, & ſumpto cum lampadibus oleo, Sponſo Virginum obviam eant. Nos ergo venerationem Unctioni tam ſalutari debitam promoventes, præcipimus ſequentia.

1. Cap. 1. de cuſtod. Euchar. Chriſm. &c. Rit. Roman. hoc tit. Conc. Raven. 2. ſub Clem. V. cap. 7. Conc. Prov. Neap. Card. Cantel. tit. 3. cap. 6. §. 7. Synod. Diæc. Caroli Caraf. cap. 32. §. 5.

1. Sacrum Oleum cuſtodiatur in Eccleſia loco decenti, convenientèr interiùs ſericis tegumentis ornato, & clave apud Parochum, ſubque ejus diligenti cuſtodia ſemper manſura firmitèr obſerato, cum inſcriptione in exteriori valvulæ OLEUM INFIRMORUM. Locus autem præfatus ſit viſibilis, &, quoad fieri poteſt, propè Altare majus à cornu Evangelii conſtructus.

2. Cap. 1. cit. titulo de cuſt. Euchar. &c. Rit. Roman. eodem loco.

2. Aſſervetur in vaſe argenteo, non quidem Oleum fluidum, ſed cum goſſipio, ſeu bombace ſubactum, ne manare, aut labi poſſit, ſi fortè vaſculum ſubverti contingat.

3. Rit. Roman. hoc tit. §. habeat, & in Ordine miniſtrandi, §. deindè.

3. Deferatur ad infirmos intrà thecam, ſeu burſam ſericam violacei coloris. Theca autem ipſa longiores

giores

giores chordulas habeat, ut commodè possit à deferentis collo pendere, si aliquando opus sit simul cum Sanctissima Eucharistia, ob imminens mortis periculum, deferri.

4\. Rit. Roman. cit. §. deinde. Conc. Prov. Neap. loc supra all. §. 8. Synod. Caroli Caraf. c. 32. §. 7. in fine.

4\. Dum Sacramentum hoc administrant, caveant Parochi, ne gossipium, cujus tot esse debent globuli, quot partes in infirmo delibutæ sunt abstergendæ, Unctione peracta in domo ægrotantis remaneat; sed illud ad Ecclesiam secum reportet statim comburendum, redactumque in cineres sacrario immittendum.

5\. Cano. literis de consecrat. dist. 3. Can. si quis dist. 4. eod. tit. Sacr. Cong. 7. Sept. 1601. Concil. Prov. Neap. cit. loco §. 9.

5\. Sacrum Oleum quotannis renovetur, vetere cum suo gossipio conflagrato, ejusque cinere in Sacrarium injecto: idque statim fiat, postquam novum fuerit consecratum.

6\. Trid. Concil. sess. 14. de hoc Sacramento c. 3. & can. 4.

6\. Cum solus Sacerdos hujus Sacramenti, juxtà declarationem Sacri Concilii Tridentini, Minister sit, nemo nō Sacerdos in hoc se ingerat, sub pœnis in Sacris Canonibus constitutis. neque ullus in eo conferendo cæremonias, ritus, orationes, aut preces à Rituali Romano præscriptas omittere, pervertere, aut immutare præsumat.

7\. Rit. Roman. in ord. minor. Extrem. Unction. Catech. Rom. part. 2. de Sac. Extr. Unct. §. 27. Conc. Flor. in Decr. Eugen. IV. Concil. Prov. Neap. eod. c. 6. §. 2.

7\. Administretur cum superpelliceo, & stola à solis Parochis, & ipsis legitimè impeditis, ab alio Sacerdote, de eorum tamen licentia, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

8\. Rit. Rom. eodem sup. cit. loco.

8\. Caveat Parochus, ne quocunque tempore, aut loco quis suæ curæ à Deo creditus Sacra Unctio-

Catech. Rom. par. 2. cap. 6. Trid. sess. 14. cit. cap. 2. Synod. Petri Ursini tit. de Extr. Unct. §. cæterum, & §. ut ægrotus Synod. Caroli Carafæ c. 32. §. 1. 2. 3. Conc. Prov. Neap. eodem loc. §. 4.

ne non delibutus in ſpiritualem luctam, & agonem deſcendat: imò antequam infirmus ſit ſenſibus omninò deſtitutus, dumque mens,& ratio adhuc viget, eum ad Sacramentum hoc recipiendum diſponat, horteturque præſertìm ſi morbum agnoverit cum periculo ingraveſcere, ut vehementèr optet hoc Sacramento muniri, maximè cum illud non animæ ſolúm, ſed etiam corporis interdum, cum ſcilicet fuerit expediens, conferat ad ſalutem. Multiplicem proindè utilitatem, & virtutem tam ſalutaris Sacramenti accuratè, & cum claritate explicet, moneatque de præparatione animi ad illud ſuſcipiendum, prævio ſcilicet Pœnitentiæ Sacramento, aut contritionis actu, ſi infirmus nequeat confiteri. vivorum etenim Sacramentum eſt, quod in gratia recipi debet.

9\. Conc. Prov. Mediolan. 5. par. 1. tit. quæ pertinent ad Sacr. Extre. Unct. Conc. Prov. Neapol. ſæpè cit. §. 1.

9\. Hac de cauſa nõ negligant Parochi viſitationem infirmorum, præſertìm periculosè decumbentium; ſed quacunque hora vocati fuerint, imò non vocati, ſtatim, ac eis infirmitas innotuerit,quàm pro paſtorali erga oves affectu ſcire tenentur, parati ſint ad eos accedere,& reipſa accedant.Si autem ipſorum Parochorum culpa,aut negligentia mortem aliquem obire ſine hoc Sacramento acciderit, ultrà pœnas in Sacris Canonibus contra eos contentas,à Nobis quoque ſeverè puniendos eſſe præſentiant.

10\. Quæcunque in rubricaRitualis Romani præſcripta reperiuntur, aut pro quibuſcunque caſibus or-

ordinantur, accuratissimè in hoc Sacramento administrando observent Parochi, ne aberrent.

11. Si deferendum sit Sacrosanctum Viaticum ad aliquem infirmum, cui ex morbi gravitate mors vel certò imminens, vel probabilitèr superventura coniiciatur, ducat etiam secum Parochus cum decentia superiùs descripta Oleum Sanctum, quo post communionem infirmum ipsum extremè periclitantem immediatè perungat, ut, dum sensibus ille adhuc viget, Sacramenti considerata virtute, per pios motus ad uberiores recipiendos ab eo se disponat effectus.

11. Rit. Roman. loco sup. cit.

12. Cum autem juxtà Florentinæ Synodi sanctionem non, nisi infirmo, de cujus morte timetur, hoc Sacramentum dari debeat; in eo quidem statu, nec ab ipso infirmo illud prorogari, nec retardari à Parocho monemus: atque, ab Ecclesiarum regula, tanquam prorsùs alienum, vetamus Sacram Unctionem, nullo urgente periculo, conferri. Quapropter de vero mortis articulo benè Parochi discernere sciant, nec ad infirmum revertendi incommodum pertæsi statim post datum Viaticum ministrent sacram Unctionem, sed tempus opportunum ab Ecclesia præscriptum præstolentur.

12. Conc. Floren. in Decr. Eug. IV. Trid. sess. 14. de hoc Sacr. cap. 3. Conc. Prov. Neap. citat. cap. 6. §. 5.

13. Morte damnatis, pugnam ingredientibus, procellosam navigationem subituris, perpetuò furiosis, & amentibus, mulieribus in actuali partu laborantibus, pueris rationis usu carentibus, adultis in

13. Rit. Roman. in Rubr. administr. huius Sacr. §. debet cum sequent. Can. illud superfluum dist. 95. Rit. Rom. loc. cit. §. impænitentibus.

ma-

Synod. Petri Ursini cit. tit. Synod. Caroli Carafæ cit. c. 32. §. 4. Conc. Prov. Neap. eodem cap. 6. §. 6.

manifesto peccato mortali, aut in excommunicatione impœnitenter decedentibus nunquam Extrema Unctio est administranda. Tribuatur autem iis, qui rationis usum habent, saltèm per intervalla, quique, etsi nondum communicant, sunt tamen judicio prudentum capaces culpæ lethalis; & quibuslibet in vitæ discrimine versantibus, dummodò ex morbo, quacunque ex causa sit, etiam vulneris, periculum oriatur. Quod si Minister animi pendeat, an æger vitam protrahat, aut an rationis sit compos, Sacramentum sub conditione conferatur.

14.

Rit. Roman. tit. de Visitat. & cura infirmor. & in ord. commen. animæ. Synod. Petri Ursini eodem tit. §. cæterũ. Synod. Caroli Caraf. c. 32. § 8. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantelmo tit. 3 c. 1. §. 4. ex declarat. S. Congr. Ep. & Regul. 14. Sep. 1579 in Tropien.

14. Sacramento hoc jam adhibito, sui muneris partes in eo desinere nullatenùs Parochi existiment: ideòque ne prætermittant infirmum sæpiùs invisere, eumque in extremis laborantem ad bene in Domino moriendum disponere, sumptis ad hoc argumentis è Rituali, vel aliundè opportunioribus pro illius captu, ne imparatus, & sine ulla mortis cogitatione decedat. Et cum extremum agere spiritum, jamque agonizare cognoverint, eum in illo præsertìm momento, undè pendet æternitas, ne deserant; sed in tanti plena periculi arena luctantem, in christiana fortitudine, & virtute confirment, perque reiteratas voces, & pias preces, ac orationes, quas jaculatorias vocant, ad vivaciores Fidei, Amoris Dei, Doloris, Contritionis, Sanctæque Spei affectus excitantes, assiduè, & tempestivè adjuvent. Utque hoc gravissimæ consequentiæ munus, quo tempore ma-

jor

jor eſt auxilii neceſſitas, ſumma, qua par eſt, diligentia expleant, Sacerdotes alios in partem ad tanti operis meritum advocent.

15. Tum ab alienis Epiſcopatibus accipi, tum alienarum Diœceſum perſonis tradi ſive infirmorum, ſive alia ſacra Olea, prohibemus, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda. nec illa Parochi Sacerdotibus alienæ Parœciæ impertiantur.

15. Can. Presbyteri. diſt. 95. Can. ſi quis, cum duob. ſequent. Can. de conſec. diſt. 4. Synod. Caroli Caraſæ cap. 24. § 8.

16. Deputatus ad Sacrorum Oleorum diſtributionem in noſtra Cathedrali, librum quotannis conficiat ad ſumentium nomina cum die, menſe, & anno in eo accuratè deſcribenda.

16. Conc. Prov. Med. 2. S. Caroli titulo 1. dec. 9. Conc. Prov. Neap. cit. tit. 3. c. 6. § 10.

17. Pro Eccleſiis, in quibus ſacra Olea debent aſſervari, illa non niſi Parochis dentur, aut Sacerdotibus eorum nomine miſſis. Oleum verò infirmorum pro Monaſteriis Monialium, Confeſſariis earum tantùm. Pro Regularibus autem iis dumtaxàt, qui Sacerdotes fuerint, & ſui Conventus ſigillum detulerint, & oſtenderint, excluſis quibuſcunque aliis, conſignetur.

17. Can. Presbyteri. diſt. 95. & can. Preſbyteri de conſ. diſt. 4. Canon. omni tempore ead. diſt. 4. Synod. Caroli Caraf. loc. ſupra notato.

18. Regulares, pro ſuis tantummodò inungendis, ſacrum hoc infirmorum Oleum habere permittitur: quare aliis ſive Clericis, ſive Laicis, quos eorum Communitas non complectitur, illud non miniſtrent, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, & Summo Pontifici reſervata.

18. Clement. 1. de Privil. Clem. Dudum. de Sepult. Conc. Prov. Neapol. c. cit. § 3.

CA-

CAPUT VIII.

De Sacramento Ordinis.

ECclesiastica Hierarchia, quam de Cœlo descendentem vidit Joannes, suæ originis non dissimilem refert imaginem. Etenim cœlestis illa Hierusalem à Deo ità instituta est, ut variis distincta gradibus, alii aliis eminentiores sint, alii in alios influant, alii alios illuminent. sic Ecclesia militans charitate ordinata Ministros habet charactere, ac potestate diversos, qui injuncta sibi munia decenti dispositione obeunt, & exequuntur fidelitèr. Ne autem, admittendo in Sanctuarium Dei sine ullo delectu quodlibet hominum genus, nomina tantùm gerantur, non officia, & Hierusalem in Babylonem transmigret, sequentibus cautionibus in sacris conferendis Ordinibus procedetur.

1\. *Cap. fin. de temp. ordin. in 6. Trid. sess. 23. de Refor. c. 4. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 3. cap. 7. §. 2. Synod. Caroli Carafæ c. 33. §. 2.*

1\. Eorum, qui ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines assumendi sunt, propositum funditus excutiatur, num Ecclesiasticum statum inire velint Dei vocatione, & impulsu, utque inserviant ei in sanctitate, & justitia, ejusque solius in omnibus quærant gloriam; num potiùs temporali aliquo metus, ambitionis, quæstus, vectigalium, opulentioris, commodioris, aut liberioris vitæ stimulo, ducantur: ut, quos non rectam sacrorum Ordinum cogitationem habere agnoverimus, & nil amplius

quam

quam Judas ex Apostolatus munere, consequi sperant, tanquam indignos ab hæreditate Domini repellamus.

2. Tam ad Primam Tonsuram, quàm ad Ordines Minores, sive sacros promovendi, duobus saltèm mensibus antestatutam Ordinationis diem Deputatis Congregationis ordinandorum sua, juxtà formam edicti, quod in calce Synodi apponetur, exhibeant requisita: ut hi suo muneri ea recognoscendi, exactèque examinandi, Nobisque in Congregatione præcedente generales Ordinationes referendi accuratè valeant satisfacere; alitèr omninò rejiciantur.

2.
Conc. Carth. 4. Canon. 22. Can. Nullus. Can. Quando. Can. Episcop. dist. 24. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 5. & 7. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 7. §. 8.

3. Nullo habito personarum intuitu, ad Ordines quoscunque, licèt Minores, etiam ad Primam Tonsuram, nemo admittetur, qui per decem dies spiritualia exercitia non peregerit inclusus in loco ubi fient ab idoneis Ecclesiasticis viris à Nobis assignandis, per quos de celsitudine gradus, ad quem ascensurus erit unusquisque, ac de Sacris Ritibus, & Cæremoniis instrui, & erudiri possit.

3.
Ex literis S. Congr. Episc. de mandato Innoc. XI. 9. Octob. 1682. Et Con. 126. Alex. VII. pro Urbe, quæ incipit. Apostolica. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 7. §. 14.

4. Cum experientia compertum apud Nos sit, innumeras fraudes circa donationes, quæ per Parentes, Fratres, Consanguineos, aliosve iis fiunt, qui ad Patrimonii titulum promoveri expetunt, committi in eorum, qui ordinantur, animæ perniciem, clericalisque Ordinis dejectionem: ut illæ quantùm fieri potest vitentur, ea Instrumenta, quæ

4.
Conc. Prov. Mediol. 6. S. Car. part. 3. tit. Quæ ad Ord. Sacram. pertin. Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. At ne Synod. Caroli Carafæ c. 33. §. 12.

Patrimonii donandi, aut aſſignandi cauſa confici ſolent, nullam vim habeant; niſi priùs probatæ vitæ duo ſaltem viri jurati teſtentur, quod bona illa donata, ſeu aſſignata à Donante jure, ac pacificè donationis tempore poſſidebātur; illiuſque conditionis eum eſſe, ut timendum non ſit, quod ab alio evincantur, ſeu aliàs à quoquam repetantur; eorumque fructus annuos præfinitam in edicto pecuniæ ſummam vigintiquatuor ducatorum valoris conflare; quodque Donanti, ſi extraneus ſit, alia bona ſuperſint, quæ ei ad vitam ſuſtentandam ſint ſatis: Si verò Pater, aut Mater fuerit, quod tot bona eis remanſerint, quot ſaltem pro aliorum filiorum legitima portione ſufficiant.

5. & 6. Can. Neminem. Canon. Sanctorum dist. 70. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de Ref. B. Pius V. conſt. 75. Romanus Pontifex. Sac. Congreg. Conc. 27. Novemb. 1610. Iuxtà etiam conſt. Vrbani VIII. 33. pro Vltramontanis ſecretis. Conc. Prov. Neapol. cit. cap. 7. §. 6. Conc. 6. Med. Prov. S. Car. p. 3. tit. Quæ ad Ord. Sacr. pertin.

5. Utque omninò ſuppoſititii Patrimonii fraudibus undequaque occurratur, decernimus, ut non minùs conſtituens Patrimonium, quàm ille, in cujus gratiam conſtituitur, jurare teneantur Patrimonium eſſe verum, non fictum, nec ſimulatum, vel pactioni alicujus reſtitutionis, ſeu retroceſſionis bonorum obnoxium: quo juramento non præſtito perindè ſit, ac ſi nullum Patrimonium fuerit conſtitutum. Sciantque omnes, qui cum Patrimonio quomodocunque ficto, falſo, fiduciario, aut quovis modo fraudulento ad Sacros Ordines fuerint promoti, ipſo facto ſuſpenſionem Nobis reſervatam incurriſſe.

6. Eorum autem, qui in aliquo prædictorum pec-

peccaverint, aut pejeraverint, præter perjurii, & falsi pœnas, Laici ab ingressu Ecclesiæ sint ipso facto interdicti. Promovendus verò ab exequutione susceptorum Ordinum sit suspensus, nec ad alios altiores promoveri possit. Hasque pœnas ante juramenti præstationẽ Vicarius noster Generalis, qui jusjurandum deferet, & ad quem probationes hujusmodi spectare declaramus, illis, qui juraturi sunt, edicere teneatur.

7. Volumus insupèr, quòd Ordinandus ad titulum Patrimonii etiam juret, ipsum Patrimonium nec in totum, nec in partem se alienaturum, cessurum, seu pro eo aliud subrogaturum absque nostra facultate, sub pœnis tum Juris, tum nostri arbitrii. 7. *Conc. 6. Provic. Med. cit. loco.*

8. Non modo, cum ad Primam Tonsuram quis aspirat, scripturas, Patrimonium prædictum, vel æquivalens Beneficium, concernentes omninò perfectas proferre debet; sed etiam ante susceptionem Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotii afferant authentica documenta, indicantia possessionem jam cæptam, atque fructuum ipsius effectivam in annis singulis perceptionem. 8. *Conc. Prov. Neap. eodem cap. 7. §. 5. iuxtà nostrũ Edictum de hac re editum*

9. Illud, ad cujus titulum quis fuerit ordinatus, sive Beneficium, sive Pensio sit, sive Patrimonium, nullatenus alienari, hypothecari, extingui, remitti, vel retrodonari possit, nisi subrogato de licentia Ordinarii sufficienti alio Beneficio, Pensione, aut Patrimonio. Qui secùs fecerit, ultrà nullitatem actus, 9. *Trid. sess. 21. de Refor. c. 2. Conc. Prov. Neap. cit. c. 7. §. 7.*

ipso facto ab Ordinum exercitio suspensus maneat.

10. *Trid. sess. 23. de Ref. cap. 5.*

10. Si à denunciationibus factis pro Ordinum susceptione bimestre elapsum fuerit, illæ non ampliùs valeant, sed aliæ de novo fieri debeant.

11. *Cap. Cum nullus, §. Religiosi, de tem. ordin. in 6. Trid. sess. 23. c. 12. de Ref. §. Regulares, Sac. Congreg. Conc. 28. Febr. 1594. Et in alio decreto edito de mandato Clemente VIII. sub die 15. Mart. 1599.*

11. Meminerint Superiores Regularium, quod daturi literas dimissoriales subditis suis etiam Regularibus, qui voluerint ad Ordines promoveri, debent illas dirigere ad Episcopum Diœcesanum, nempè illius Monasterii, seu Conventus, in cujus familia Ordinandi degunt, juxtà Decretum, editum à Sacra Congregatione Concilii jussu Clementis VIII. in calce Synodi apponendum, sub gravissimis in eo injunctis pœnis.

CAPUT IX.

De Sacramento Matrimonii.

MIrum quàm sit illustre Nuptiarum fædus, & in sua origine, ac primævo exēplari undequaque divinum. Si primorum conjugum personas consideres, alter est terrestris Paradisi Dominus Adam gloria, & honore coronatus; altera Virago de Viro sumpta, & viventium Mater Eva, originali justitia, tanquam circumradianti diademate redimiti. Si locum, innocentiæ templum, hortusque voluptatis divina manu plantatus. Si excellentiam Paranymphi, ipsemet Deus, qui mulierem

de

de costa ædificatam viri eidem conjúnxit. Si Sacerdotis præsentiam spectes, Creator æternus has nuptias benedixit, & crescere, multiplicare, ac replere terram concessit. Si testium assistentiam, habes Angelicos Spiritus, qui de tali connubio reparandas esse ruinas Angelici ordinis lætabantur, quibus Cœlestem Hierusalem superbia depopulatrix afflixerat. Adde fœderis conjugalis ex mystica illius significatione dignitatem. etenim promittebat admirabilem Christi cum Ecclesia conjunctionem, quæ velut altera Eva è latere Sponsi in cruce soporati progenita est, non ex ossibus, sed ex sanguine. cumque insuper Redemptor noster Matrimonium ad Sacramenti sāctitatem tandem evexerit, æquum est, ut ea omnia removeamus, quæ illius speciem, & pulchritudinem valent nevo aliquo deturpare.

1. Ut fideles Matrimonii sanctitatem cognitam habeant, & inviolatam servent, quàm grave Sacramentum illud sit, quæ ei subnectantur onera, connubii Fidem, prolem, ipsumque Sacramentum quomodo sanctè contrahendum, & quemadmodum in eo usque ad obitum sanctè manendum, ut Authoris, & Copulatoris Dei oculis placeat, Parochi sæpè concreditos sibi populos, ad Sacri Concilii Tridentini præscriptum, edoceant.

2. Jubemus Parochis, ut nusquam matrimonio assistant, præterquam in Ecclesia propria Parochiali, & diurnis, matutinisque tantùm horis: nullatenùs autem

1. *Concil. Trid. ss. 24. de Ref. Matrim. cap. 1. Rit. Rom. in Rub. de Sacr. Matr. §. Admoneantur. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 3. cap. 9. §. 1. Diœc. Synod. Caroli Caraf. c. 34. §. 1.*

2. *Synod. Diœc. Petri Ursini tit. de Matr. Matrim. cum sequent. Synod. Carol. Carafæ cit. c. 34. §. 9.*

autem nocturnis, post nempè datum Angelicæ Salutationis signum serotinum, aut antequàm dies cæpta sit: nec, nisi per Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta religiosè præparatos ad Matrimonium celebrandum Sponsos admittant. Quod si justam ob causam, de nostra licentia in scriptis, & gratis impertienda, aliquibus vel domi, vel post meridiem Matrimonium ipsum inire concessum fuerit; præmissa ad minus ab utroque Sacramentali confessione id fiat, ne gratiæ augmento mortali aliquo peccato detenti obicem ponant, quod ipsis tanquam Ministris simul, & suscipientibus Sacramentum hoc efficacitèr pollicetur. Parochi autem, qui secùs fieri permiserint, graves ad nostrum arbitrium experientur pœnas.

3. Conc. Later. 4. c. 51. c. fin. de cland. desponf. Trid. dicto cap. 1. Synod. Petri Vrsini loc. citat. §. Denunciationes. Synod. Caroli Caraf. eodem c. 34. §. 3.

3. Quæ per Sacros Canones, Sacrumque Tridentinum Concilium, denunciationes, ut Matrimonium quodcunque in facie Ecclesiæ contrahendum præcedant, ordinatæ sunt, omninò serventur. cumque tres illæ esse debeant, nulli ea Parochis, absque nostra dispensatione in scriptis, eas vel omittere, vel minuere liceat, sub pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium.

4. Synod. Petri Vrsini eodem loc. Synod. Caroli Carafæ supr. cit. loco. Rit. Roman. Rubr. cit. §. Denunciationes.

4. Trinæ autem hujusmodi publicationes tribus diebus festivis, sive Ecclesiæ præcepto, sive locorum consuetudine observandis, non tamen sibi immediatè succedentibus, inter Missarum Parochialium solennia, cum frequentior erit populus, intelli-

ligibili, & clara voce fiant; atque in eis nomina, & cognomina contrahentium, in quo loco, & in qua Parochia degunt, quotaque ſit ea denunciatio, diſtinctè explicent. quo item tempore Parochi adſtantes monebunt, ut ſi quis quoquomodo aliquod inter eos, qui contracturi ſunt, legitimum extare impedimentum cognoverit, quo Matrimonium celebrari prohibeatur, illud omninò patefaciat.

5. Si denunciationibus incæptis aliquod reveletur impedimentum, etiamſi ab uno teſte, vel ſi adhuc dubium ſit, ad alias, ſi quæ faciendæ ſuperſint, vel ad Matrimonii celebrationem non procedatur; ſed, quid facto opus ſit, Nos, aut Vicarium noſtrum Generalem Parochi conſulant.

6. Nunquam præfatas denunciationes Parochi exordiantur, niſi utriuſque ſponſi ſedulò priùs voluntate perquiſita, & plenè libero in eis faciendis aſſenſu comperto.

7. Quicunque malitioſè impedimentum aliquod falſum oppoſuerit, vel ſuo judicio verum non detexerit, ſit ipſo facto excommunicatus.

8. Si contrahentes diverſas Parœcias incolunt, futurum matrimonium juxtà ſuperiùs præſcriptam Regulam utrobique evulgetur, & ut id fiat à Parocho ſponſi illi ſponſæ Parochus poſt exploratam utriuſque voluntatem ſignificare teneantur, ad quē Matrimonio aſſiſtere ex conſuetudine pertinet. At verò ne ex tranſmigrationibus, quas de uno in alium

locum

5. *Cap. Cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. Rit. Roman. Rubr. cit. Conc. Prov. Mediolan. 3. S. Caroli hoc tit. Concil. Prov. Neap. ſupra cit. §. 4. Synod. Caroli Caraf. loc. citat. §. 8.*

6. *Rit. Rom. loc. cit. §. Has autem. Conc. Prov. Neap. ſupr. cap. 9. §. 2. Syn. Car. Carafæ cit. cap. 34. §. 4.*

7. *Dicto cap. Cū inhibitio, §. fin. Con. Pro. Med. 3. S. Caroli eod. tit. Conc. Prov. Neap. loc. cit. §. 7. Syn. Petri Vrſini eod. loco, §. Qua item.*

8. *Rit. Roman. Rubr. ſuprac. §. Si verò. Syn. Petri Vrſini eod. tit. §. Quod ſi. Synod. Carol. Carafæ cap. 34. §. 6. Conc. Prov. Neap. cit. loco, §. 4.*

locum passim fieri contingit, inconveniens aliquod, aut dubitatio suboriatur, declaramus proprium sponsi, aut sponsæ Parochum eum esse habendum, in cujus Parochia vel majori anni parte commorati fuerint, vel in eam se contulisse animo semper, aut saltèm per annum integrum inhabitandi ex certis circumstantiis dignoscatur. Re autem ità se habente, si uterque sponsus sit ex Civitate, in Parœcia, unde discesserunt, unam saltèm; si verò ex Diœcesi, in ambobis locis omnes publicationes volumus fieri, sub pœna Parochis contrafacientibus gravissima ad nostrum arbitrium.

9. Moniti sint Parochi, & alii quicunque, ne vel directè, vel indirectè pro denunciationibus factis, vel faciendis quidquam accipiant, sub pœna etiam ad nostrum arbitrium. possint tamen pro petita earum attestatione, in scriptis danda emolumentum accipere à Nobis in taxa ad calcem Synodi apponenda constitutum.

10. Matrimonium eodem die, quo postrema denunciatio facta est, aut elapso ab eo bimestri proclamationibus non renovatis, absque nostra in scriptis licentia celebrari prohibemus.

11. Status liberi contrahentium probationes apud nostram Cancellariam diligentissimè recipiantur, nõ per quoscunque testes, sed per fide commendabiles, &, quantum fieri potest, cognitos, juxtà formam instructionis Sanctæ Romanæ Universalis In-

10. *Conc. Prov. Med. 3. supr. alleg. §. quo die. Rit. Rom. cit. loco, §. Si verò infrà. Conc. Prov. Neap. eodem loco, §. 6. Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. Caveatur, & §. Denunciantibus Syn. Caroli Caraf. loc. supracit. § 5. & §. 3. circa finem.*

11. *Instruct. Sac. Congr. Universſ. Inquis. de Urbe in Congr. habita die 5. Aug. 1670. quæ habetur in Appendice ad cit. Conc. Prov. Neap. fol. 252. Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 7. Conc. Prov. Neap. citat. cap. 9. §. 9. S. Cong. Conc. de mandato Innoc. XI. in decreto sub die 8. Octobris 1678.*

 Trid.sess.24. de Ref.Matr. cap.7.

Inquisitionis. Longè autem majori diligentia hoc ipsum præstetur, si contrahentes vel fuerint exteri, vel etiam oriundi, qui tamen diuturnam ab hac nostra Diœcesi absentiā contraxerint, nec alitèr ad Matrimonium admittantur. In reliquis verò, pro Matrimoniis celebrandis, literatìm observentur ea, quæ præscripta, & ordinata reperiuntur in taxa tùm Innocentiana, tùm ultimæ Provincialis Neapolitanæ Synodi anni millesimi sexcentesimi nonagesimi noni. Conc. Prov. Neap. cit. c. 9.§.9. Sacr. Congr. Conc. de mādato Inn. XI. in decr. sub die 8. Octobr. 1678.

12. Ne sinant Parochi sponsos Matrimonium contrahere, antequam Fidei Sacrosanctæ principaliora rudimenta, Orationem Dominicam, Angelicam salutationem, Apostolorum Symbolum, Decalogi, Ecclesiæque præcepta, & Sacramentorum numerum percepisse, ac memoria retinere, ostenderint: nec nō antequam fuerint Confirmationis Sacramento muniti. De quibus omnibus satiùs erit, eos, priusquam denunciationes incohentur, & in actu explorationis voluntatis examinare, insciosque repertos instruere. Parochi in hoc negligentes severioribus pœnis, arbitratu nostro, erunt obnoxii. 12. Conc. Prov. Mediolan. 5. S.Caroli par. 3.hoc tit. Et in instr. Matrim. eiusdem S.Caroli tit. de Parocho dilig. in fine. Synod. Caroli Carafæ eod. cap.34. §.4.

13. Matrimoniorum celebrationem, mediis Procuratoribus, absque nostra in scriptis licentia, omninò interdicimus: sicut etiam Benedictionem aliarum Nuptiarum à primis, in quibus ab utroque spōso, vel eorum altero illa fuerit accepta, sub pœna Parochis tam in primo, quàm in secundo casu ad nostrum 13. Cap. fin. de Procur. in 6. Cap. Vir autem. de secun. nuptiis. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Benedictio autem. Synod. Caroli Carafa cit. c. 34.§.9. Syn. cit. Petri Vrsini, §. qui Parochus, & Synod. Caroli Carafa eodem loco, §.6.

M

nostrum arbitrium. Siqui verò Sacerdotes, proprii Parochi licentia destituti, Nuptias ipsas benedicere ausi fuerint, à missæ celebratione ipso facto suspensi remaneant. Sponsi autem, qui benedictionem, vel omiserint, vel ultrà duos menses, legitima non interveniente causa, distulerint, statim ipsis elapsis Ecclesiastico Interdicto subjaceant.

Synod. Petri Ursini ibidem §. At si qui, & Syn. Caroli Caraf. eod. loco, §. 9. in fine.

14. Sponsis utriusque sexus post contracta spõsalia coram testibus, vel Parocho, & ante celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ, ad alterius domum accessum sive publicum, sive occultum hoc nostro Synodali Decreto districtè prohibemus, & omninò interdicimus. Si quis autem prædictorum sponsorum, hanc nostram rationabilem, & justam prohibitionem parvipendendo, ad alterius domum accessum habere præsumpserit, ipso facto excommunicationem Nobis reservatam incurrat. & in eandem excommunicationem paritèr incidere sancimus, & declaramus, sponsos ipsos, qui insimul inhonestè quomodolibet tractaverint; ac personas, omnes hoc idem non impedientes, cum possint, & teneantur.

14. Conc. Prov. Med. 6. titulo Quæ ad Matrim. pertinent, & Cõc. Prov. Med. 2. tit. 1. dec. 27. S. Carol. in Instruct. de Sac. Matrim. Con. Aquen. anno 1585. Concil. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. supracit. c. 9. §. 16. Synod. Caroli Carafæ c. 31. de Casibus reservat. §. 3. & cap. 34. §. 10.

Verùm si accessus, ut prædictum est, publicus fuerit, prædicti sponsi non absolvantur, nec à propriis Parochis ad Matrimonium contrahendum admittantur, donèc in tribus diebus festis ab initio usque ad finem Missæ Parochialis extrà Ecclesiæ fores, flexis genibus, & accensas candelas in manibus habentes simul manserint. Ut

Ut autem id licitè peragere valeant, Parochis dumtaxat concedimus facultatem eos absolvendi ab excommunicatione prædicta cum reincidentia, si pro aliqua ex singulis Missis Parochialibus, ut dictum est, absentes fuerint.

Insuper enixè sponsos in Domino hortamur, ne se, dum contrahendi tempus expectatur, certis peccandi periculis exponant, & Sacrosancti Matrimonii initia contaminandi, cujus fausta auspicia à Dei gratia debent impetrari. Ejusmodi enim Nuptiæ scelerum turpitudine præmaculatæ, & Matrimonia immundè contracta origo plerumque miseriarum omnium, quibus familiæ affliguntur, & præsertim infelicis natorum, exitus esse consueverunt.

15. Parochis omnibus tam Urbanis, quàm Dioecesanis expresè prohibemus illorum vel sponsalibus interesse, vel voluntatem explorare, quorum alter, aut uterque extranei sint ab hac nostra Dioecesi à Nobis, aut à nostro Vicario Generali licentia in scriptis non præhabita, sub gravissimis ad nostrum arbitrium poenis.

15. *Concil. Agathen. cap. 25. Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 7.*

16. Eadem die, qua Matrimonium celebratum fuerit, Parochus in libro ad hoc benè compacto, accuratè describat nomina, & cognomina conjugum, ac testium, qui præsentes fuerunt, eorumque patriam; adnotando per extensum, ut part. 4. cap. 3. num. 12. etiam præscribetur, non per figuras arithmeticas, diem ipsam, mensem, & annum cele-

16. *Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 1. Rit. Rom. in Rubr. celebr. Matr. in fine. Concil. Prov. Neapol. cit. cap. 9. §. 2. Synod. Petri Ursini eodem loco, §. fin. Synod. Caroli Carafæ citat. cap. 34. §. 12.*

brationis Matrimonii; ac servando de verbo ad verbum formâ à Rituali Romano pro casuum diversitate præfixam. Hujusmodi autem conjugatorum librum in loco tuto, & sub diligenti custodia apud se retineat, nec ab ullo inspici, aut evolvi patiatur, sub gravibus ad nostrum arbitrium irrogandis pœnis.

17. *Trid. cit. sess. 24. de Refor. Matr. cap. 1. Conc. Prov. Neapol. ibid. §. 12. Synod. Petri Ursini eodem tit. §. Universi. Synod. Carol. Caraf. c. 34. §. 3. in fine.*

17. Quicunque debitis denunciationibus non præmissis, aut absque solennitatibus à Sacro Concilio Tridentino sancitis, aliisque Canonicis requisitis, vel etiam præter nostræ Episcopalis Curiæ stylum Matrimonia per verba de præsenti contrahere audactèr præsumpserint (quamvis coram Parocho, simulatis tamen prætextibus accersito, vel per fraudem, aut vim ad assistentiam suam præstandam inducto) tam viri, quàm mulieres, necnon universi ad hoc auxilium, sive consilium præbentes, in excommunicationem ipso facto incidant Nobis reservatam. Si autem Parochos ipsos, aut alios legitimos Ministros ex malitia, vel inexcusabili negligentia in hoc defecisse noverimus, semestris carceris formalis pœnam se subituros intelligant, aliasque ad nostrum arbitrium.

18. *Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 8. Concil. Prov. Neapol. cit. c. 9. §. ultim.*

18. Qui in concubinatu per trimestre perseveraverit, ipso facto excommunicationem incurrat Nobis reservatam, circa cujus absolutionem Confessarii legitima facultate præditi ità oculatè se gerant, ut eam, nisi de sceleris fœditate deleta, ac separatione cum effectu sequuta omninò certi, nunquam impertiantur.

19. Illud

19. Illud etiam advertant Parochi, ut à novis suæ Parochiæ habitatoribus uxoratis, sibi non cognitis, Matrimonii inter ipsos legitimè contracti testimonium exigant in scriptis: aliàs illud non ostendentes, utpotè de concubinatu suspectos, Nobis denuncient.

19. *Synod. Petri Ursini tit. de Parochorum officio, &c. §. Nullatenùs patiantur.*

PARS TERTIA

DE DIVINO CULTU.

CAPUT I.

De Sacrosancto Sacrificio Missæ.

NIL habet tam illustre, & divinum Christi fidelium cætus, quàm Missæ Sacrificium, in quo Agnus integer perseverans, ejusque Caro, & Sanguis incruentè immolatur, & offertur. Illud enim pretiosissimum munus, quod Cœlitus collatum, sibique in finem seculi relictum profitetur Ecclesia, quotidiè Deo litat; agnoscitque Fides nostra in perfectissimà Missæ oblatione per eandem Hostiam, & Victimam, quæ in Cruce pro Redemptionis humanæ pretio Patri fuit oblata, impartiri nobis mortis Christi mercedem. Quare ut sanctè tractetur quantùm fieri potest, ac reverentèr, nonnulla, quæ Missæ Dignitatem respiciunt, hìc statuere operæ pretium existimamus.

1. Ut

1. Ut ab initio Missarum cæremoniis accuratè persungi Sacerdotes assuescant, prout necessarium omninò est ad cœleste illud munus ritè obeundum, nullus eorum de recenti insignitus ad primam Hostiam immolandam accedere audeat absque nostra, aut Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis, gratis danda; quam sibi nullatenùs concedendam sciant, nisi, quòd in præfatis cæremoniis, & ritibus Ecclesiasticis sint sufficientèr instructi, juratas attestationes produxerint tum Patrum, sub quorum directione illis addiscendis, & spiritualibus exercitiis peragendis decem continuos dies insumpserint; tum etiam Magistri Cœremoniarum nostræ Ecclesiæ Cathedralis. Qui autem temerè huic nostro Decreto contravenerit, carceris formalis pœna, aliisque mulctabitur ad nostrum arbitrium.

2. Nullus item Sacerdos eadem die plusquàm semèl Missam celebrare præsumat, exceptis casibus in Jure expressis, sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, aliisque gravissimis. Nec prætereà sacras vestes ad celebrandum superinduere quocunque prætextu, aut quæsito colore audeat, nisi in habitu talari, qui sit unus, non autem integratus à femore usque ad talos per eam medietatem, quæ dicitur vulgò Faldiglia. qui secùs fecerit pœnam suspensionis ipso facto incurrat, Nobisque reservatam. Rectores verò, Parochi, aut Sacristæ Ecclesiarum quamvis Regularium, qui ad Missas celebrandas absque prædicto

1. *Can. Cunctis 16.q.1. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. c. 2. §. 5. Synod. Caroli Carafæ c. 29. §. 9.*

2. *Cap. Sufficit de consecrat. dist. 1. Cap. Consuluisti de celeb. missar. Synod. Petri Ursini tit. de celeb. missar. §. Quoniam autem. Syno. Caroli Carafæ citat. loco, §. 3.*

Rubr. Missal. Rom. tit. de Præpar. Sacerd. §. 2. Sacr. Congr. Conc. in Neapol. 17. Aug. 1630. In Bononien. 1. Iunii 1620. & in Vercellen. 21. Martii 1643. Concil. Trid. sess. 22. Decr. de Observ. & evitan. in celebr. Miss. Concil. Prov. Neap. loc. citat. §. 3. & 4.

dicto habitu talari; vel cum ipsa vulgò Faldiglia Sacerdotes admiserint, ultrà alias nostri arbitrii, rigorosas etiam carceris formalis pœnas solvent, & Regulares Ecclesiarum suarum Interdicto compescentur.

3. Quibuscunque Civitatis, ac Diœcesis nostræ Parochis, Sacristis, & Ecclesiarum Præfectis, etiam Regularibus expresse prohibemus, ne Sacerdotibus exteris Missam celebrare permittant, qui priùs facultatem ad hoc in scriptis Vicarii nostri Generalis non ostenderint, sub pœnis Nobis arbitrariis, & quoad Regulares, Interdicti suarum Ecclesiarum. Quod si Græci, vel Armeni fuerint, nisi priùs ab eisdem facta in manibus nostris, vel nostri Vicarii Generalis Fidei professione, vel nisi constiterit ex legitimis documentis eandem in Urbe emisisse, celebrandi licentiam non obtinebunt. Ea autem facultas minimè Sacerdotibus ipsis exteris sive Secularibus, sive Regularibus concedenda erit, nisi præsentatis Nobis, aut Vicario Nostro Generali dimissorialibus, seu Commendatitiis Ordinariorum suorum, & Superiorum respectivè literis; quæ tales esse debebunt, ut nulla in eis vel minuscula falsitatis suspicio insit. Idcircò Vicario nostro Generali præcipimus, ut ultimum in hoc sedulitatis suæ conatum, summamque attentionem adhibeat. Et qui ex dictis Sacerdotibus exteris in Ecclesiis, ut suprà, sine præfata facultate celebraverit, trimestri carcere formali, aliisque

3. Trid. sess. 23. c. 16. de Ref. Sacr. Congr. Conc. in Bon. 20. Iul. 1620 In Neap. 17. Aug. 1630. in Liman. 29. Ian. 1633. & alias 29. Novem. 1670. Litteræ circulares Sacr. Congr. Universſ. Inquis. sub die 26. Ianu. 1692. Conc. Prov. Neap. eodem c. 2. §. 6. & 7 Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 12. Constitut. 33. Greg. XIII. & const. 37. Clem. VIII. Conc. Prov. Neap. eodem loc. §. 8. Can. Primatus. can. Extraneo dist. 71. cap. Tuæ de cleric. peregrin. Trid. loc. cit. Conc. Prov. Med. S. Caroli 1. part. 2. hoc tit.

aliisque ad nostrum arbitrium coërcetur pœnis.

4. Siquidem Parochialibus Missis interesse, & Parochorum conciones audire, magnam secum Animarum fert utilitatem; cumque expediat ad eas frequentiorem populum Dominicis, aliisque festivis de præcepto diebus intervenire, ut quisque proprii Parochi ore circa festa, jejunia, & indulgentias erudiatur, Ordinationum, & Matrimoniorum publicationes audiat, omnibus, & singulis Diœcesis nostræ Sacerdotibus districtè præcipimus, ne ante Missam Parochialem, nostra, vel Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis non muniti, celebrent in quavis Ecclesia, Sacello, Delubro, aut Oratorio, etiam absconditè, & campanis silentibus, vel etiam in Regularium Ecclesiis, sub pœnis ad nostrum arbitrium: exceptis dumtaxat temporibus messis, atque vindemiæ. Parochis verò injungimus, ut suas Missas Parochiales non seriùs, quàm post duas horas ab ortu Solis celebrent. Quod multò magis servari mandamus in Quadragesima, & Adventu antequã concio in Parochiali Ecclesia habetur, aut de ea mox habenda signum datur, ut fidelibus illam omittendi, & Dei verbum non audiendi omnis occasio præcidatur.

4. Sac. Congreg. Episc. & Regul. 14. Maii 1581. seu 1585. Conc. Prov. Neap. citat. cap. 2. §. 2. Synod. Petri Ursini eodem tit. §. Diebus festis cum tribus §§. sequ. Synod. Caroli Carafæ c. 29. §. 13.

5. Nullus Sacerdos, licèt Regularis, aut quovis modo exemptus, audeat ante Auroram, vel post meridiem, sacrum facere, sub pœnis, ac etiam censuris arbitrio nostro infligendis. Excipimus tamen Missam

5. Can. Nocte sancta. canon. Necesse. de consec. dist. 1. const. 4. Sanctiss. B. Pii V. S. Rit. Congr. in Pisaur. 20. Apr. 1641. & 7. Decem. eiusdem anni Conc. Prov. Neap. ibidem §. 10. Synod. Carol. Caraf. loc. cit. §. 3.

Missam solennem tantùm Sacratissimæ noctis Nativitatis Domini.

6. Exactissimum omnibus silentium imponimus, miramque modestiam in Sacristiis exigimus à Sacerdotibus præsertìm postquam sacra indumenta assumpserint: prolixasque verbositates, inanesque discursus, & circulos omnimodis prohibentes. Quòd si ex necessitate quidquam dici oporteat, submissa id fiat voce, & sine multiloquio, sub pœnis ad nostrum arbitrium: quas majori severitate Sacristæ sentient, ubi Nobis hujuscemodi absurda non deferant.

7. In Missis privatis nullo modo Sacerdotes permittant Calicis absterssionem, & compositionem à Ministro, seu Clerico fieri, qui Missæ inservivit; sed per seipsos id totum celebrantes perficiant.

8. Adsint semper, & continuò in omnium Ecclesiarum Sacristiis affixæ tabellæ Missarum perpetuas obligationes cum distinctione, & debito ordine indicantes: atque libri paritèr, in quibus quotidiè Sacerdotes celebrantes, peracto immediatè sacrificio, & non antea, nec aliqua ex sequentibus diebus, Missam celebratam sub proprio charactere describere tenentur. Si quis autem Sacerdos Missam non celebratam ausus fuerit falsò adnotare, sit ipso facto suspensus:& hanc eandem suspensionis latæ pœnam illi paritèr Sacerdotes incurrant, qui de Missis revera non celebratis falsam, etsi privatam fidẽ fecerint.

9. Deposcente Justitia, ut Missarum perpetuæ obli-

6. *Conc. Prov. Med. 1. S. Caroli part. 2. hoc tit. Conc. Prov. Neap. eod. c. 2. §. 21 Synod. Petri Vrsini supr. cit. tit. §. Sacris vestibus. Synod. Caroli Caraf. citat. c. §. 2. cir. med.*

7. *S. Cong. Conc. de mandato Alex. VII. 27. Sepembr. 1659. & 12. Ianu. & 20. Iulii 1660. Conc. Prov. Neap. eodem sup. cit. loc. §. 18.*

8. *Ex literis S. Cong. de mandato Alex. VII. die 15. Dec. 1663. Conc. Prov. Neap. cit. §. 12. §. 13. & §. 14. Synod. Caroli Caraf. eodem cap. 29. §. ul.*

9. *Conc. Prov. S. Caroli par. 2. hoc tit.*

obligationes absque minima præteritione diebus à piis disponentibus præscriptis adimpleantur, sancimus, enixèque jubemus tum Canonico Thesaurario pro tempore Ecclesiæ nostræ Cathedralis, tum etiam Parochis, Rectoribus, & Præfectis cunctarum Ecclesiarum, locorumque piorum Civitatis hujus, ac Diœcesis, ut annuatìm omnes, & singuli eorum, mensis Maii dimidio nondum elapso, Nobis, aut Vicario nostro Generali veram, distinctam, ac juramento suffultam relationem exhibeant Missarum deficientium, seu non celebratarum, quæ attinent tam ad eorum Parochiales Ecclesias, quàm etiam ad omnes Ecclesias, Oratoria, seu Cappellas existentes intrà limites suarum Parœciarum respectivè, ut in Congregatione de hoc coram Nobis haberi solita, ea decernere possimus, quæ magis in Domino expedire judicaverimus, sub pœna transgressoribus suspensionis à divinis ipso facto incurrenda.

10. *Conc. Prov. S. Carol. loco cit. Sacr. Congr. Conc. in Romana 4. Augusti 1654.*

10. Missæ in illis Ecclesiis, & Altaribus omninò celebrandæ sunt, quibus à piis disponentibus cum determinatione fuerunt abdictæ, ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii; à quo nullo prætextu quempiam recedere expresè mandamus.

11. *S. Rit. Congr. in Curien. 15 Dec. 1632. & in Hispalen. 28. Mar. 1637. & in Calagur. 13. Sept. 1642. Eadem S. R. C. in Decreto generali sub die 13. Martii 1688.*

11. Cum non desint ex Sacerdotibus, qui decretorum Sacræ Congregationis, & Romani Cœremonialis immemores, post Sanctissimæ Eucharistiæ repositionem in arcula sepulchrali feria quinta in Cœna Domini, servādam personæ laicæ ejusdem ar-

culæ

culæ clavem tradant, Nos, inhærendo præfatis decretis, id prohibemus; ſicut etiam ne laicis cujuſcunque dignitatis Sanctum Evangelium in actu celebrationis oſculandum deferatur, aut inter Miſſarum ſolennia mulieribus incenſum, & pacem tribuatur decernimus, ſub pœna in prædictis omnibus excommunicationis latæ ſententiæ Parochis, Rectoribus, & Sacriſtis Eccleſiarum tradentibus, deferentibus, tribuentibus, permittentibus, aut quomodocunque contrafacientibus. Clavis autem arculæ, de qua ſuprà, poſt Euchariſtiam ibi reconditam, vel tradatur Sacerdoti in ſequenti die Paraſceves celebraturo, vel à Digniore de illa Eccleſia aſtante retineatur: uti paritèr in Monaſteriis Monialium, & Conſervatoriis omninò ſervari volumus, ſub pœna Interdicti ipſo facto ſuarum Eccleſiarum.

12. S.Rit.Congr. 27. Septemb. 1608. & in Neapolitana 24.Iul.1659 Ead. S.R.C. de mandato Alex. VIII. ſub die 12. Febr. 1690. & 11. Mart. eiuſdem anni

12. Nemini liceat, juxtà formam Decreti Sacræ Congregationis, feria quinta in Cœna Domini Miſſam celebrare, niſi pro reponendo Venerabili Euchariſtiæ Sacramento in ſepulchro in Eccleſiis ubi id fieri ſolet: neque, niſi pro eo ad Altare reportando, & ſolummodò in Paraſceve, & cum ſolennitate ſumendo in die Sabbathi Sancti, ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ipſo facto per menſem.

13. Conc. Prov. Neap. citat. loco, §.18. Sac.R.C. 11. Febr. 1623. & 20. Nov. 1628. Synod. Caroli Carafæ cap. 29.§.5.

13. Minus quoque licitum ſit Sacerdotibus in eorum Sacrificiis privatis quatuor candelas accenſas in Altari, aut annulum in digito, vel ſuppileum in capite habere abſque ſpeciali Apoſtolicæ Sedis in-

dultu, ſeu privilegio, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium.

14. Inhærentes Decretis à Sacra Congregatione Concilii de celebratione Miſſarum ſanctæ memoriæ Urbani VIII. authoritate editis, diſtrictè prohibemus Capitulo, Parochis, Eccleſiarumque Rectoribus, aut Præfectis, Confraternitatibus, & quibuſcunque locis piis, ac eorum OEconomis, ne poſthac, abſque noſtra licentia, aut Vicarii noſtri Generalis in ſcriptis, recipiant, aut acceptent nova miſſarum onera perpetua, ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda.

15. Prohibemus item Sacerdotibus omnibus, etiam Regularibus, ne in Eccleſiis Monaſteriorum Monialium, aut Conſervatoriorum Virginum Miſſam celebrent ſine expreſſa noſtra, aut noſtri Vicarii Generalis licentia, ſub gravibus pœnis ad noſtrum arbitrium: quibus etiam ſubjacere volumus Confeſſarios ordinarios dictorum locorum, ſi Sacerdoti alicui ſive Seculari, ſive Regulari, abſque præfata licentia, ibidem celebrare permittant.

16. Non poſſunt Sacerdotes citrà peccatum mortale, & obligationem reſtituendi, accipere eleemoſynam manualem pro Miſſa celebranda, eamque per alium celebrare retenta ſibi ejuſdem eleemoſynæ parte, ut cautum eſt Decreto Sacræ Congregationis Concilii.

17. Concurrentibus pluribus Sacerdotibus ad elee-

14. Ex Dec. S.C. Conc. ſub die 21. Iu. 1625. de celeb. miſſ. Conc. Prov. Neap. tit. 2. cap. 2. §. 16. in Appendice cuius Concil. fol. 181. leg. confirm. declar. & innovat. huiuſmodi decretorum ſuper celeb. miſſar. ſub Inn. XII. decimo Kal. Ianu. 1697. Synod. Diœc. Petri Urſini tit. de celebr. miſſarum, §. Nemo item.

15. Synod. Diœc. Petri Urſini tit. de celebr. miſſ. §. Nemo item.

16. Cit. Dec. S.C. Concilii ſub die 21. Iunii 1625. §. Ac ſimiliter. Et ita declaravit eadem S. Congreg. in Anconitana 5. Iul. 1664.

17. Canon. Nec emeritis diſt. 61.

eleemoſynarum participationem ſive pro Miſſis, ſive pro Divinis Officiis, illi ad quos diſtributio pertinet, ſervent æquitatem erga Originarios, poſtpoſitis exteris.

CAPUT II.

De Sacroſanctis Eccleſiis.

SAnctificatis Dei hoſpitio locis honorem, & venerationem habendam eſſe cum multa ex ſacris literis, tum maximè illud liquido declarat, quod Moyſi in terra ſancta ſtanti ſolvere calceamenta oportuit, cum quidquam terrenis aſperſum ſordibus ibi eſſe vetitum ſit, ubi cœleſtia pertractantur. item illud Prophetæ teſtantis: qui in terra Sanctorum iniqua geſſit non videbit gloriam Domini. Qua de re abominationem in loco ſancto, nec quidem ferre Agnus potuit, cujus ipſa manſuetudo natura eſt, qui criminum alioqui Judex, lictorem in templo egit, & dexteram beneficiis aſſuetam flagellis armavit, ut orationis domum à negotiationum vindicaret injuriis. His igitur ſanctionibus, à templo manufacto ad æternum non manufactum Fideles ducere cupientes, perficere ſtudebimus, ut ubi domus Dei eſt, ibi etiam porta Cœli per ipſos inveniatur.

1. Univerſis, ad quos attinet, ſive Parochis, ſive Rectoribus, Sacriſtis, aliiſque quovis nomine nun- *1. Pſalm. 92. Synod. Caroli Carafæ cap. 21. §. 1.*

nuncupatis templorum Præpositis, munditiem in sacra supellectili, in Altaribus majestatem, in ædificiis, & parietibus sartatecta, in reliquis autem omnibus, quæ decent domum Dei, decorem, & venustatem commendamus: & si quid desit, quamprimùm suppleri districtè jubemus, sub pœnis à Nobis pro negligentiarum mensura irrogandis.

2. Invigilent paritèr, juxtà Lugdunensis Concilii statutum, ac B. Pii V. Constitutionem, ne in locis Deo dicatis seditiones, aut tumultus concitentur, ne clamores, aut cachinni audiantur, & ne ambulationes fiant, præcipuè dum Divina celebrantur Officia, Divinique verbi conciones habentur.

3. Laicorum Conventus, Judicia, Contractus, negotia secularia quæcunque, atque eorundem Consultationes, aut Deliberationes, sive etiam Parlamenta, aut Officialium electiones (præter illas, quæ pro Ecclesiarum servitio fiunt) in locis sacris omninò prohibemus, sub pœna Interdicti eorundem sacrorum locorum; Laicis verò contrafacientibus, quacunque illi dignitate, ac præeminentia fulgeant, excommunicationis.

4. Nemo per Ecclesias asportando merces, seu res comestibiles transire audeat, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ; qua profectò graviores ad nostrum arbitrium subibunt earundem Ecclesiarum Parochi, Rectores, aut Sacristæ pœnas, qui pro sui officii

2. *Can. In Oratorio dist. 42. can. Mos antiquus. can. Quoniã dist. 65. cap. Decet. de Immun. Eccles. in 6. Trid. sess. 22. in decreto de observan. & evitan. in celebr. missæ, §. ab Eccles. verò. Pius V. in const. 5. cum primum. Synod. Petri Ursin. hoc tit. §. Nemo, cum sequentib. Synod. Caroli Caraf. cit. loc. §. 11.*

3. *Cap. Decet, citat. & eac. constit. B. Pii V. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. hoc tit. §. 3. Synod. Petri Ursini eodem titulo, § Universitatum. Synod. Caroli Caraf. c. 21. §. 7.*

4. *Synod. Petri Ursini eodem loco, §. Omnes.*

officii debito exceſſibus hujuſmodi non obſtiterint.

5. Pileolo uti in Eccleſiis lineo albi coloris, quo mares nonnunquam tecto capite in eiſdem non ſine enormi indecentia morantur, præſertim dum tremendo Miſſæ Sacrificio aſſiſtunt, & etiam cum elevatio fit Corporis, & Sanguinis Chriſti, prorsùs vetamus, ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. 5. *Synod. Petri Vrſini ibid. §. Capite aperto.*

6. Mendicos, & alios quoſcunque, etiam ab Eccleſiarum, Hoſpitalium, locorumque piorum Rectoribus ad eleemoſynas colligendas legitimè deputatos, dum ſacra fiunt, aut divinæ laudes recitantur, ne fidelium mentes à piis meditationibus, devotiſque precibus abſtrahantur, per Eccleſias quæritare prohibemus: jubentes in templi foribus conſiſtere, ibique eleemoſynas poſtulare, juxtà B. Pii V. Conſtitutionem, & Decreta ſanctæ memoriæ Innocentii XI. quorum obſervantiam Parochis, & Sacriſtis ſeriò injungimus, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium, ſi neglexerint. 6. *Supra alleg. Conſtit. B. Pii V. verſ. Pauperes quoque Edictum Innoc. XI. pro Vrbe 23. Septemb. 1679. Synod. Caroli Caraſ. loc. cit. §. 13.*

7. Cum de Eccleſiarum reverentia ad populum Parochi verba faciunt, occaſionem ſæpè capiant exprobrandi eis, qui haſtas præpilatas, ſclopos, ſeu id genus arma in illis geſtant. non enim domus Dei munienda eſt more caſtrorum, cum in pace factus ſit locus ejus, ideòque terribilis adverſus omnes, qui pacis adverſarii vel ſunt, vel per ſpeciem videri volunt. 7. *Synod. Petri Vrſini cit. loco, §. Neque prætered.*

8. Feſtorum occaſione, ne in clauſtris, atriis, 8. *Cap. Decet, de Imm. Eccleſ. in 6.*

ſca-

Lit. S. Congr. Episc. de mandato Inn. XI. 21. Iul. 1679 ad Card. Caracc. Arch. Neap. Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. Commessationes. Synod. Caroli Caraf. c. 21. §. 5.

scalis Ecclesiarum, & Oratoriorum etiam Regularium exponantur venales merces, & res comestibiles, quantumvis pro causa pia, prohibemus; Venditoribus quidem sub pœna excommunicationis; Superioribus verò Regularium id permittentibus, vel tolerantibus, privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ, ad præscriptum literarum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, editarum de mandato sanctæ memoriæ Innocentii XI; cæteris verò Rectoribus, sive Præfectis Secularibus aliarum Ecclesiarum, sub pœna ad nostrum arbitrium, & Interdicti quoad Ecclesias.

9.
Ex literis S. Cong. Episc. de mandato Innoc. XI. cit. Conc. Prov. Neap. Card. Cantel. eod. tit. §. 6.

9. Jubemus Ecclesias quascunque, etiam Regularium claudi post signum Salutationis Angelicæ, seu post horam vigesimamquartam statìm, nec ante claram Auroram aperiri, sub pœna Interdicti earundem Ecclesiarum; Rectoribus verò, Præfectis, ac Sacristis earum, ad nostrum arbitrium.

10.
Synod. Petri Ursini tit. de sacra prædicatione, §. sacræ demum. Synod. Caroli Carafæ c. 27. §. 4.

10. Cum in Ecclesiis de mandato nostro deputabitur locus virorum ab illo mulierum distinctus, nullus mas accedere audeat, vel consistere, ubi fœminæ morabuntur: nec similitèr fœminæ adire præsumant locum pro maribus designatũ, aut ibi degere. Si secus egerint, præsertìm tempore Quadragesimæ, quo prædicta loca solent interjecto ostaculo separari, pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ mulctabuntur.

11.
Conc. Prov. Mediolan. 1. S. R. C. 4. Februar. 1600.

11. Laici utriusque sexus ne ingrediantur in Chorum

Chorum Ecclesiasticorum tum Secularium, tum Regularium, neque inibi permaneant dum recitantur, aut cantantur Divina Officia, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ; à qua nec excusari volumus prætextu solennium festorum, ad quæ frequens populus accedere consuevit.

12. Nullus Ludi Magister, aut cujusvis facultatis lector in eisdem Oratoriis scholam præsumat exercere. 12. Conc. Prov. Mediol. 4.

13. Ne patiantur Confratres in eorum Oratoriis cujuscunque rei Deposita introduci, præsertìm, quæ ad evitanda sequestra, & in creditorum fraudem sibi committi dijudicaverint, sub pœna excommunicationis.

CAPUT III.

De Ecclesiarum, & Personarum Ecclesiasticarum Immunitate.

DOminus in Templo Sancto suo, Dominus in Cœlo sedes ejus, ibi gratiam hìc verò dans gloriam: sicque domus supernæ, & infimæ utrumque junxit angulum, ut Majestatis suæ sedibus omnis terrena humiliaretur potentia, nilque minus de Ecclesiæ fastigio, quàm de Cœlorum vertice, sagittas, & tonitrua in Aaron Sacerdotali veste tintinnabulis aureis figurata timeret, cum tam domum, quàm domesticos suos per illorum nequi-

tiam aliquotiès deturbari contingit: quare Ecclesia ipsa terribilis, ut castrorum acies ordinata, efficere cogitur, ut gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Ne autem in ea discrimina aliquando descendamus, convenienti personis, & locis Ecclesiasticis Immunitati per hæc Decreta subsidium paramus.

1. Cap. Nullus. can. Diffinivit 17. qu. 4. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. cap. 5. §. 4. & 5.

1. Qui in Ecclesiis, Capellis, aut publicis Oratoriis tam Secularium, quàm Regularium, vel in eorundem locorum Sacristiis, Cœmeteriis, Campanilibus, Claustris, aut Dormitoriis, sive aliis locis immunibus ausi fuerint patrare homicidia, mutilare, vulnerare, aut quomodocunque graviter quempiam percutere, vel dearmare, in excommunicationis latæ sententiæ pœnam Nobis tantummodò reservatam incurrat: Sacrorum Canonum dispositionibus circa loca immunia alioqui in suo robore permanentibus.

2. Bulla Greg. XIV. anno 1591. 28. Maii, qua incipit. Cum alias.

2. Laicales Curiæ Ministri ab Immunitate Ecclesiastica violanda omninò abstineant: & quæ circa eam per felicis recordationis Gregorii XIV. Bullam stabilita, ac determinata sunt, christianè observent, ne pœnas, & censuras in eadem fulminatas incurrant.

3. Conc. Prov. Mediolan. 1. hoc titulo. Synod. Petri Vrsini tit. de Sacrosf. Eccl. §. Occisorum corpora.

3. Nullo insupèr modo prædicti cadavera interfectorum Ecclesiasticæ sepulturæ jam tradita, ad capiendum delictum in genere, exhumari, aut circa eadem, licèt nondum sepulta intra Ecclesiam, alium-

ve

ve locum immunem, recognitionem facere intentent, licentia nostra in scriptis non priùs impetrata, sub pœna itidem excommunicationis ipso jure incurrenda.

4. Esto ex Bulla in feria quinta Cœnæ Domini quotannis promulgari solita satis provisum sit per excommunicationem Summo Pontifici reservatam contra eos, qui publica authoritate, aut prætextu officii Ecclesiasticas personas sive directè, sive indirectè ad forum seculare temerè trahunt; nihilominus sub excommunicationis quoque latæ sententiæ pœna illud ipsum prohibemus, ne videlicet quævis persona sive laica, sive Ecclesiastica Clericos, sive alias personas Ecclesiasticas ad forum, sive Judicium laicale directè, vel indirectè, aut quomodolibet, etiam de ipsiusmet rei, seu conventi consensu, citare, vocare, convenire, aut trahere præsumat, exceptis dumtaxat casibus à Jure permissis. *4. Bulla Cœnæ Domini can. 15. Concil. Trid. sess. 25. de Refor. c. 2. Conc. Prov. Neapolit. sub Card. Cantel. sup. cit. cap. 5. §. 2.*

5. Percutientes aliquem ex Ministris nostræ Curiæ Episcopalis intuitu officii, aut quomodocunque in eum vim inferentes, excommunicatione paritèr latæ sententiæ afficiantur. *5. Synod. Petri Ursini tit. de Immunit. Ecclesiar. &c. §. Nemo autem.*

CAPUT IV.

De Oratoriis privatis.

NON publica solùm Templa, misericordiæ suæ divitias effusurus, sed privata

 quo-

quoque delubra benignissimus Dominus elegit velut Sion in habitationem sibi, surgens in requiem suam ipse, & arca sanctificationis suæ, ubi & à non quærentibus inveniatur, & in medio eorum sit tanquam qui ministrat. Qui igitur hac speciali tum Dei, tum Apostolicæ Sedis gratia potiuntur, propter domum Domini Dei nostri, quam intùs habent, querant bona sibi, diebus, ac noctibus extollentes manus suas in sancta, & benedicentes Dominum, ut benedicantur vicissìm ab eo, qui benedixit Obededom, & omnem domum ejus propter arcam.

1. *Can. Missarum. de consecr. dist. 1. S.Cong.Conc. de mandato Pauli V. die decima Maii 1664. Synod.Caroli Carafæ c. 21. §.3.*

1. Ut autem licitè valeat in Oratoriis privatis Sacrosanctum offerri Missæ Sacrificium, ex vi etiam formæ consuetæ, per quam hoc ipsum fieri posse conceditur, debent illa num decenti loco fuerint erecta omnimodè ab Ordinario recognosci, & approbari; non prima solum vice, sed quoties eadem quacunque ex causa variari, seu alio transferri contigerit. Quare si Sacerdos quispiam Secularis, aut Regularis, seu quovis titulo exemptus in Oratorio à Nobis non antea recognito, & approbato celebrare ausus fuerit, suspensionem à divinis statìm incurrat, aliisque ad nostrum arbitrium subjaceat pœnis: ipsũque Oratorium, & ejus usus eodem tempore sub Interdicto remaneat.

2. *Trid. sess. 22. in decreto de observat. & evitan. in celebr. missar.*

2. Unica dumtaxàt, etiam virtute indulti, in dictis Oratoriis eadem die Missa celebretur, & non plures; à qua, sub nostri arbitrii pœnis, omnem

prorsùs

prorsùs concentus, seu musici modulaminis solennitatem procul abesse præcipimus. Et si post celebratam unicam Missam in eodem Oratorio eadem die Sacerdos aliquis, esto Regularis, seu quomodolibet exemptus, prætextu cujuscunque privilegii, aut exemptionis aliam celebrare Missam præsumpserit, tum ipse celebrans, tum Oratorium eisdem in superiori Decreto expressis supponantur pœnis.

3. Quamvis præfata Oratoria ex Apostolicæ Sedis privilegio constructa, atque à Nobis recognita, & approbata maneant; in eis nihilominùs solennioribus certis diebus celebrare nequaquam liceat, uti nimirum sunt, ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, Festa Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Epiphaniæ, Paschæ Resurrectionis, & Assumptionis Gloriosæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, quibus Synodali hoc nostro Decreto superadimus Festum Corporis Christi, Conversionis Sancti Pauli in Civitate, & Patroni principalioris cujuscunque loci particularis. Præsentis verò Decreti violatores, & Oratoria paritèr, ubi celebratum fuerit enunciatas desupèr pœnas ipso facto contrahant, nisi ex speciali gratia, quam Nobis exhiberi volumus, aliud obtentum sit.

3. Can. Si quis etiam. de consecr. dist. 1. Concil. Agathens. c. 21. S. Rit. Congr. 17. Novemb. 1607.

4. Ut verò Decreta hæc infallibilis observantiæ sortiantur effectum, nec ulla transgressione violentur, sancimus quæcunque privilegia priùs concessa,

& po-

& posteà per Sacrum Tridentinum Concilium, aut Sedem Apostolicam revocata nemini suffragari, voluntatis nostræ tacitæ, aut non expressæ contradictionis omni sublato prætextu.

5. Occasione celebrationis Missæ in prædictis Oratoriis nequeat sive ob devotionem, sive per modum Viatici Sanctissima Eucharistia ejusdem domus infirmis in lecto decumbentibus, aut sanis ministrari, sub pœnis gravissimis ad nostrum arbitrium.

CAPUT V.

De Divinis Officiis.

PRæparationem cordis eorum audit Deus; qui psallunt coram eo. illis enim cantionibus se exorabilem præbet, quæ cum spiritu conjuncta sunt deprecationis, ut Augustinus explicat, illisque oblectatur, quatenus ex Chrysostomo non tonum vox, sed mentem significet intensam. In affectu igitur cordis hostiam vociferationis in Dei tabernaculo immolabunt venerabiles Ecclesiæ nostræ Canonici; hoc enim est Sacrificium laudis, quo ille honorificari autumat, & hoc iter, quo salutare suum nobis misericorditèr ostendit. cumque velut super muros Hierusalem constituti sint custodes, qui nocte, & die non tacent laudare nomen Domini, in conspectu ejus orent, mentemque suam colligant,

ità ut nihil habentes cum terra commercii ad ipsum Deum tota commigrent cogitatione. Sic ad gratiarum thesauros largiendos sibi, & populo, tornatili manu, plenaque hyacinthis sponsum trahent sponsæ instar, cum non voce dulci solum ejus aures ferient, sed facie decora nimis, ac perfecta, nempè Rituum observatione placebunt, & corde.

1. Cum solennia sive missarum, sive aliorum cujusvis generis munium sacrorum in Ecclesiis musicali jubilo celebrari contingit, ne quid voce, vel sono percipiant aures, quod Dei domum dedecet, aut populo scandalum infert, vel devotionem lædit, districtè, quinimmò, & sub excommunicationis pœna prohibemus Musicis, seu Cantoribus modulationes quascunque laxas, profanas, & multò magis vernacula lingua compositas; sed his tanquam venerationis, & honestatis expertibus procul explosis, quidquid pulsatur, aut canitur nil, nisi pietatem, ac sanctitatem sonet, sub pœna etiam Interdicti illarum Ecclesiarum, in quibus piacula hujusmodi committentur, & præsertìm tempore, quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quamvis sub velamento manebit expositum: easdemque incurrant pœnas Ecclesiarum Rectores contrarium permittentes. Quam prohibitionem ad Ecclesias quoque Regularium, juxtà Decretum Sacræ Congregationis, extendi pronunciamus.

1. Ad Extrav. unic. de vita, & hon. Cler. Trid. sess. 22. in Decr. supr. citat. Cærem. Episc. lib. 1. cap. 28. Ex decr. Sac. Rit. Congreg. anno 1603. Alex. VII. in Const. 38. pro Urbe, quæ incipit, Pia sollicitudinis.

2. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. cap. 1. §. 18.

2. Sacerdotes omnes, sicut paritèr & alii in

sacris

sacris constituti penitùs caveant inter Missarum, aut Vesperarum solennia sub propriis eorum insignibus, vel sacris habitibus thurificare personas laicas, quantumvis in Ecclesiis, & locis, quorum illæ magisterium aliquod, seu gubernationem exereent, sub pœna unius mensis carceris formalis; sed id munus Acolytis, seu minoribus Clericis relinquant.

3. *Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. 1. cū trib. sequent. Synod. Caroli Caraf. c. 14. §. 5. S. Congr. Ep. & Regul. in unaTheatina 18. Aprilis 1617.*

3. Cum juxtà singulorum debitum, Canonicis, atque Hebdomadariis, vel omnibus, vel compluribus in nostra Cathedrali ad divina persolvenda officia quotidiè conveniendum sit, decernimus, ut manè admonitio ad hoc solitis campanulis dari instituta præcedat per horam, quæ in suos quadrantes ità distribuatur, ut primus quadrans primi sit intervallum à secundo signo: secundus mediet inter secundum signum, & tertium: tertius verò intercedat tertium, & quartum: quartus demum sit distantia æqualis moræ, qua transacta Matutinum statìm incipi debeat. Idemque servetur pro Vesperis, præcedente tamen signo non per horam, sed per dimidium horæ, cujus altera pars sit distantia primi signi à secundo campanæ, altera verò subsequens mora æqualis, postquàm inchoëntur Vesperæ. nunquàm autem divina Officia initium habeant, nisi prævio campanulæ sono edito de præstantioris Dignitatis jussu. Quibus præstitis nihilominùs Chori Præfectus invigilet, ut tantùm temporis adhuc excurrat, quantùm precibus ante officium secretò recitandis sufficiens visum sibi fuerit.

4. Ca-

4. Canonicis, & Hebdomadariis, qui ad præfatæ campanulæ signum sua insignia induti non erunt, nullatenùs intrà Chorum illa induere sit licitum, sub pœna amissionis omnium distributionum, aliorumque illius diei emolumentorum. Cui similitèr subjaceant pœnæ exuentes ibidem prædicta insignia, dum adhuc divina dicuntur Officia.

5. Alternatìm psallant, & canant, non cursìm, & confusè, sed decora cum gravitate, & attentè; inque versiculorum medio, ubi asteriscus elucet, parumpèr interposita morula consistant: atque ità clarè, ac distinctè suam unusquisque pronunciationem moderetur, ut Chori partes se invicem intelligant: nec priusquam altera perfectè terminaverit, altera incipiat.

5. Trid. sess. 24. de Ref. c. 12. Synod. Petri Ursini loc. citat. §. Incoato officio cum sequent. §§. Syn. Car. Carafæ cit. cap. 14. §. 3. S. Cong. Conc. 20. Aprilis 1602.

6. Pilei usum in Choro omninò interdicimus. Insuper nemo dum horariæ recitãtur preces, ad confabulationes, seu colloquia divertere, suo de loco moveri, literas, sive scripturas alias, aut libros legere, vel retinere, præter Breviarium, præsumat, aliàs distributionibus illarum Horarum, qui talia faxit, pro pœna careat: in quo Punctatores ad restitutionem obligamus, ultrà alias ad nostrum arbitrium pœnas, si transgressiones hujusmodi suis in pagellis adnotare quomodolibet neglexerint. Illos tamen, qui, dum Missa canitur, à canendo sunt liberi, devotas fundere, piasque ad libitum preces ultrò permittimus.

6. Conc. Prov. Neap. cit. c. 1. §. 4. Synod. Petri Ursini hoc eodem titulo, §. Clericale biretum, cũ §§. sequentibus. S. Congr. Ep. & Regul. in cit. Theatina

7. *Conc. Prov. Med. 1. part. 2. tit. de officio eius, qui in Choro præſidet, & ibid. de officio Magiſt. Chori, & Cæremoniar. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 1. §. 7. & 10. Syn. Petri Vrſini hoc titulo. §. Magiſtro item. Synod. Caroli Carafæ c. 15. §. 10.*

7. Omnes à nutu pendeant ſive Præfecti Chori, ſive Magiſtri Cœremoniarum, ut concorditèr ſe gerant, cum caput detegere, aut inclinare, ſurgere, ſedere, vel genuflectere opus erit; nutus autem ipſe reverentèr, modeſtèque fiat.

8. Nemo in Choro, qui locus publico laudis Sacrificio deſtinatus eſt, privatìm officium recitet, ſed alta voce cum aliis pſallendo ſuo muneri ſatiſfaciat.

8. *Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 1. §. 4. Synod. Petri Vrſini ibid. §. Nullus. S. Cong. Conc. 20. Aprilis 1602.*

9. Si Canonicus quiſpiam, incohato officio ſuperveniens Chorum ingrediatur, verſus Altare ſe profundè inclinet, & paulò minus verſus Epiſcopum, ſi præſens fuerit; deindè cæteris Canonicis, ad dexteram priùs, moxque ad lævam reſpiciens reverentiam exhibeat, qui omnes, aperto capite, clericalique dempto bireto, illi inclinantes ſalutationem rependant. Si verò qui ſupervenerit Hebdomadarius, aut alius fuerit, quam debet reverentiam, tum Altari, tum Epiſcopo per genuflexionem exhibeat, & reliquis gradatìm hinc inde ſe humiliet.

9. *Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. Si Canonicus. Cærem. Epiſ. lib. 1. c. 18.*

10. *Synod. Petri Vrſini tit. cit. §. Studebunt, cum aliis ſequentib. §§.*

10. Religioſam ſervent, divina præſertìm dum recitantur Officia, decentemque corporis compoſitionem: non dormitent, non oſcitent, non otientur: nugari, ſtrepere, clamare, ridere, aut ridendi aliis occaſionem dare nemo præſumat: procul jurgia, altercationes, rixæ, contentioneſque pellantur, neque in elevandis, ac demittendis ſedilibus rumor audiatur, illudque omnes mente recogitent ſe Dei mi-

Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de Refor. §. Omnes verò.

ministros esse, in ejus domo manere, ejusque Majestatis in conspectu psallere, quam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates.

11. Cum aqua benedicta per Celebrantem aspergendi erunt, vel pacem suscepturi, modesta capitis submissione alter alterum sibi proximiorem salutet: idemque thurificationis tempore facient, pileolo insupèr nunquam è capite non sublato.

11. Synod. Petri Vrsini ibid. §. Illud item.

12. Præter prærogativas, quæ Decano, utpotè in nostra Cathedrali digniori à Jure tribuuntur, ad eundem spectare declaramus, Nobis absentibus, vel impeditis, in Assumptione Summi Pontificis, Episcopi, Coronationis Regis, & similibus, functiones Ecclesiasticas peragere, & ipso absente, vel impedito semper Ecclesiæ Digniorem succedere.

12. S. Rit. Congr. in Vlixbonēs 2. Sep. 1597. & in Pennen. 15. Februarii 1633. ac in Cassanen. 5. Mart. 1633.

13. Canonici, & Hebdomadarii à Choro, dum Divina Officia exsolvuntur, & Missæ cantantur, exire etiam ad modicum tempus abstineant, juxtà plura Sacræ Congregationis Decreta, sed non interrupta, & continuata præsentia eidem assistant; quòd si in hoc defecerint, & à Decano uti digniore de Capitulo, vel ipso absente, ab alio etiam Digniore admoniti non se emendaverint, illius Horæ etiam pro levi absentia punctatione mulctetur.

13. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Nemini verò. Synod. Caroli Caraf. 14. §. 3. in fine. S. Cong. Episc. & Regul. 18. Apr. 1617. sup. cit.

14. Quòd si necessitas urgeat, tunc nonnisi Altari facta priùs reverentia, & deindè per capitis demissionem Dignitatibus, & Canonicis ex utraque parte stantibus, incipiendo à parte dextera, juxtà

14. Constitution. Capitular. de anno 1586. cap. 6.

laudabilem ipsiusmet Capituli usum, veniam petant.

15. *S. Rit. Congr. 25. Ianuarii 1619. Conc. Prov. Med. 4. tit. de distributionibus vers. quicunque. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 8. S. Rit. Congr. in una Calbicens. 29. Iulii 1628. in respons. ad 4. & in Oriolen. 27. Martii 1632.*

15. Iidem sciant sibi nec audiendi Christifidelium confessiones, præter Pœnitentiarium, nec faciendi sacrum occasione, aut prætextu, tempore Divinorum Officiorum, vel Missarum solennium à Choro abesse licere, ad ejusdem Sacræ Congregationis Decretorum præscriptum. Quapropter quicunque sive pro confessionibus prædictis excipiendis, sive pro Missis etiam in ipsa Cathedrali celebrandis, Choro non interfuerint, illarum, in quibus defecerint, Horarum distributiones amittant.

16. Quòd si urgens Ecclesiæ necessitas aliud poposcerit, tunc eisdem nonnisi à Thesaurario requisitis ad Missas tantummodò celebrandas abesse liceat. Dignitates tamen, quibus ad eadem sacra facienda Divinorum Officiorum tempore à Nobis est elargita facultas à tali requisitione excipimus.

16. *Constitut. Capitulares cit. suprà cap. 9. Decr. S. Rit. Cong. citata.*

17. Thesaurarius verò, dum divina, ut suprà, recitantur Officia, à Missis petendis, ne Chori cultus diminuatur, quantùm potest abstineat, & Ecclesiæ commodo tunc temporis per alios Sacerdotes studeat providere.

18. *S. Cong. Episc. & Regul. in una Theatin. sup. notata 18. Aprilis 1617. DD. apud Barbos. de Cano. & Dignitat. c. 25. nn. 12.*

18. Invigilet Chori Præfectus, scilicet Cantor, ne ullum ex hoc patiatur Chorus detrimentum tempore recitationis Divini Officii; quod si illud sequatur, & ipse obviare nequiverit, eidem strictè mandamus, ut ad finem opportunè providendi hac de re Nos certiores reddat.

19. Ut omnis in quibuscunque tum Chori, tum Processionum, tum aliis functionibus, & cantus vitetur confusio, & ordinata modulationis habeatur incohatio, juxtà immemorabilem nostræ Cathedralis Ecclesiæ consuetudinem, præter alia, quæ Cantori de Jure conveniunt, statuimus, quamlibet intonationem Hymnorum, Psalmorum, & similium, ac directionem respectivè tam intrà, quàm extrà Chorum, & tam intrà, quàm extrà Ecclesiam prædictam Cathedralem, in omnibus præmemoratis sive choralibus, sive processionalibus, aut aliis quibuscunque functionibus, ad Cantorem privativè quoad omnes alias Dignitates, & Canonicos, omninò, & semper, etiam solennioribus, & Pontificalibus diebus spectare: eoque absente, vel impedito, ad Subscentorem; atque ita prorsùs fieri, ac servari mandamus, salvo circa reliqua Ritu in Cœremoniali præscripto.

19. Cap. Perlectis dist. 25. cap. unic. de officio Primicerii. S. Rit. Congr. in Hydruntina 6. Decembr. 1613. & in Tarentin. Cryptalia. 3. Sept. 1905. & novissimè in Cassan. 5. Mart. 1633.

20. In omnibus publicis, & Pontificalibus sive intrà, sive extrà Cathedralem habendis celebritatibus, ii Episcopo Canonici, & Hebdomadarii ministrare debeant, qui à Cantore, secunda dictæ Cathedralis Dignitate, ad hoc per turnum ordine successivo deligentur: cui etiam, utpotè Chori Præfecto, omnes tum Canonici, tum Hebdomadarii, aliique in cunctis ad divina Officia, sacrum cultum, suumque munus spectantibus, parere teneantur. Utque ad suas quisque partes tota sedulitate obeundas

20. Synod. Petri Ursini cit. tit. §. In omnib.

das ſtudioſè valeat præparari, biduo ante celebritates ipſas nomina ſic delectorum in tabella Cantoris manu ſubſignata in Sacriſtia exponenda, deſcripta apareant, & qui diſpoſitioni Tabellæ obedire renuerit, illius diei diſtributionibus privetur.

21. Miſſam ſolennem, ſeu Conventualem Canonicus celebraturus, ſi ad Sacrificium ſe præparandi, vel etiam Sacramentalitèr confitendi cauſa à Choro elongetur, vel eo peracto gratias Deo rependens, dũmodò quadrantem in prædictis nõ excedat, habetur ut præſens, nec quotidianis diſtributionibus careat. Nullam ſimilitèr earundem diſtributionẽ patiantur jacturam, qui Epiſcopi juſſu ordinandorum, ſeu Confeſſariorum examini, Parœciarum concurſibus, aliiſve in Eccleſiæ ſervitium Congregationibus intervenerint, aut Seminarii directionem, & curam geſſerint, vel eundem Epiſcopum in Viſitationis circuitu per Civitatem, aut Diœceſim comitati fuerint, vel quomodolibet hujuſmodi agendis rebus, aut earum alicui vacaverint. Adverſa quoque valetudine detenti, Pœnitentiarius, & Theologus Cathedralis, quandiù ſua proſequentur officia, juxtà Sacros Canones, & Pontificum Bullas, omneſque generatìm à Jure exempti præfatis in caſibus à punctatione ſint immunes, & tanquam Choro præſentes cenſeantur.

22. Singulis quibuſque menſibus teneantur Punctatores præſtare Juramentum in manu Epiſcopi

Synod. Petri Vrſini ſæpè cit. loc. §. Sacerdoti autē, cum pluribus SS. immediatè ſequentib. Conſtitution. Capitulares ſuprà cit. c. 9. Cap. unico de cler. non reſident. in 6. Trid. ſeſſ. 24. de Ref. cap. 8. S. Cong. Conc. 12. Auguſti 1628. Ead. S. Cong. Conc. in una Oriolenſ. 5. Aug. 1616. & in alia Faven. 1. Aug. 22. S. Cong. Conc. 17. Martii 1619. Conſtitut. Capitulares ſup. alleg. cap. 13. Conc. Prov. Neapol. ſup. alleg. cap. 1. § 8. Synod. Petri Vrſini tit. de iis, quæ ad Capitulum pertinent, §. Punctatores.

ſcopi de omnimoda in ſuo munere fidelitate ſervanda. Principalibus verò legitimè impeditis, idem Juramentum, eodemque pacto, Canonici præſtare debeant, qui in eorum locum ſubrogati erunt: ſintque moniti, quòd ſive punctandos prætermiſerint, ſive prætermittendos punctaverint, ultrà mortalem Dei offenſam ex fracta Jurisjurandi fide, commiſſaque injuſtitia, pro illati damni menſura reſtitutioni fient obnoxii.

23. Punctationum Chartæ in fine cujuslibet menſis tradantur Cantori Chori Præfecto, cujus erit opportuno tempore in manibus Canonicorum illas reſignare, qui pro punctorum diſtributione deſtinati erunt.

23. Eadem conſt. Capitulares loc. cit. in fine

24. Martyrologium cum legitur, per Clericos de more fiat; cum verò canitur ex Hebdomadariis, ſeu Beneficiatis aliquis id faciat: in Pervigilio autem Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti cum omni ſolennitate canatur à Sacerdote, qui ſit ex prædictis, pluviali induto, inſervientibus Clericis cum thuribulo, ac luminibus: necnon ſub cœremoniis omninò, ac devotiſſimis tonis in ipſo Martyrologio pro illa die præſcriptis: idemque quoad ſolennitatem in Profeſto Converſionis Divi Pauli Tutelaris, excepta tonorum variatione, præſtetur.

25. Noverint, qui falſas comminiſcuntur excuſationes, ut Punctationem evitent, ſe ultra peccatum mortale, in conſcientia obligari ad reſtituendas

25. Synod. Petri Urſini eodem tit. de Divinis officiis, §. Quoniam à Clericali.

das

das integras diſtributiones malè perceptas. Quare, ut hujuſmodi vitentur fraudes, contra eos, qui gravem hanc culpam committere auſi fuerint (quod tamen de perſpectæ probitatis viris non eſt credendum) Interdicti ipſo facto incurrendi pœnam decernimus.

26. *Cap. unic. de Cler. non reſident. in 6.*

26. Corporis infirmitas juſtè à Choro excuſans intelligenda eſt, quandiù domi ſuæ ejus cauſa quis detinetur. Quapropter nullo modo eos excuſatos volumus, qui per urbem ambulant, & quolibet facilè feruntur, ſolùmque ad Chorum pergere malè valetudinis prætextu detrectant; niſi jurata Medicorum fide, ambulationem ſibi in remedium ordinatam eſſe, conſtare fecerint.

27. Cantorem denique, Secundam Cathedralis Dignitatem, (à quo, utpotè Chori Præfecto, tota eorum, quæ pro recta divinæ pſalmodiæ recitatione, cultuſque incremento, uti ſancivimus, principalitèr obſervatio pēdet,) expreſsè monemus, eique ſeriò injungimus, ut ſicut ipſe, quia prædictorum omnium Regulator eſt, ſpecialem inter cæteros prærogativam obtinet; ita ſtrictiſſima apud Nos, ſeu veriùs apud Deum invigilandi obligatione teneri circa exactam eorum exequutionem, quæ ad majorem Dei gloriam, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ decus præſcripta, & conſtituta ſunt; in quibus ſi ipſe conniveat, præter propriæ conſcientiæ gravamen, acritèr à Nobis emendabitur. Si autem ad debitam, ſibique injun-

junctam vigilantiam aliqualitèr in ſuo munere obeundo ab aliquo turbatum iri contingat, noſtrum erit, arbitrarias, ſed certò graviſſimas à turbantibus ſuſcipere pœnas.

28. Alia non pauca, quæ poſſent hic diſponi, ad Conſtitutiones Capitulares remittimus, quas infrà duos à præſentis Synodi publicatione menſes per Canonicos fieri, Nobiſque proferri mandamus, ea ſanè ſpe, quod zelo, ac pietate plenæ prodibunt, quemadmodum à tam venerabili, religioſoque Cætu fas eſt expectare; ſalvo tamen ſemper apud Nos Jure eas confirmandi, diſpenſandi, interpretandi, corrigendi, atque immutandi.

CAPUT VI.

De Invocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum.

ANtiquiſſima eſt Sanctarũ Veneratio Reliquiarũ in Dei Eccleſia. Quos enim hæc in carne viventes Spiritus Sancti habitacula, Chriſti Domini membra, triumphatores, & amicos Dei fuiſſe probavit, & æternæ gloriæ laurea redimitos; nec minùs de noſtra ſalute ſollicitos, quàm de ſua fælicitate ſecuros, in ſuis monumentis, quæ tutum in neceſſitatibus confugium, Divinæ propitiatio faciei, & cœleſtium gratiarum pignora ſunt, nimis hono-

1\. Trid.sess.25. tit. de invoc. vener. & reliquiis Sanctorum. S.Greg.lib.8. ex reg. epist. 62. Concil.Nicenum 2.act.3. prope fin. Conc. Constantien.sub Martino V. sess. ultim. Greg. XIII. const.33.Sanctissimus.

rificandos esse ore semper, & opere docuit. Prolongatus est apud Nos incolatus eorum, ut una Nobiscum ipsis sit expectatio beatæ spei, & corporum resurrectionis; cujus quemadmodum propter electos breviabuntur à dies, it & gaudia eorum meritis, & suffragiis consequemur. Circumspecta igitur custodia, humilisque, ac profunda adoratio eorundem Reliquiis à Nobis debita est, quas singulari privilegio à communi mortuorum pulvere Deus discrevit: idque ut servetur sequentibus Canonibus statuimus.

2\. Conc.Med.4. S.Car.par.1. hoc tit. Conc. Prov. Neapol. sub Card.Cantel. tit.4.c.1.§.7.

1\. Parochi, & Concionatores frequentibus populos adhortationibus excitent ad pietatem, & reverentiam erga Sanctos, quorum Reliquiis eorum decorantur Ecclesiæ, necnon ad confidendum in virtute, & meritis ipsorum apud Deum: moneantque ut semper ante eas, præsertim si insigniores fuerint, vel integra corpora, lampas ardeat.

2\. Per manus laicas sacras attrectari Reliquias, ut licitum non est, sic omninò vetamus.

3\. Trid.loc. cit. vers. Hæc ut fideliùs. XistusV.cōst. 88.Dominus. Synod. Petri Ursini tit. de Sanctor.reliquiis,§.quæcunque. Synod.Caroli Caraf. cap.6. §.7.

3\. Quarum nostra, aut Antecessorum nostrorum non extat approbatio, vel quibus diuturnæ credulitatis commendatio deficit, publicè exponi Sacras Reliquias, fieri ordinaria, atque etiam Apostolica Nobis delegata authoritate prohibemus.

4\. Tabella cum earum Indice, quibuscunque in Ecclesiis illæ sint, etiam Regularium, construatur; quam, ut ab omnibus videri, & legi possit, commo-

4\. In actis Med.Eccl.par.4.lib.1.c.16.§.Tabella.Conc.Prov.Neap.loc.cit.§.

modiori, & magis patulo Templi loco appensam volumus.

5. Tribunali nostro pro eis recognoscendis, & approbādis, cæterisque, ad quos pertinet, pro eisdem exponendis quidquam accipere sit prorsùs inhibitum; sed omnia hæc citrà lucri cupiditatem, & gratis omninò præstentur.

6. Reliquiaria, vel pretiosa, vel undequaque saltèm decentia sint, argentea nimirùm, aut lignea, honorificè tamen ornata, & deaurata, crystalloque occlusa, necnon Recognitoris sigillo indelebilitèr, ac perpetuo munita.

7. Particularis in Ecclesia, tutus, fixus ad hanc rem destinatus, atque à corruptione immunis deligatur locus, ubi Reliquiæ thæcis inclusæ, thæcæ in armario repositæ, armarium verò clave per Præfectum custodienda munitum permaneat, & conservetur; ejusque hæc sit forinsecùs Epigraphe. RELIQUIÆ SANCTORUM.

8. Solis Sacerdotibus superpelliceo, ac stola cum pluviali etiam, si habeatur, indutis eas ad Altare deportare, ibique exponere liceat, cereorum luminarium competenti adhibito numero: nec, nisi post recitationem antiphonæ, versus, & orationis congruentis, Sacerdos inde recedat.

9. Beatorum ab Ecclesia nondum Canonizatorùm, seu qui inter Sanctos non sunt adscripti, prohibemus ad publicam venerationem Reliquias exponi:

5. *Trid. eod. loc. Conc. Prov. Neap. ibidem §. 2.*

6. *Cap. fin. de Reliq. & vener. Sanctor. Conc. Prov. Mediol. 4. S. Caroli par. 1. hoc tit.*

7. *Conc. Prov. Med. 1. & 4. hoc tit. Concil. Prov. Neapol. cit. cap. 1. §. 5. Synod. Petri Vrsini, & Caroli Carafæ sup. cit. locis.*

8. *Conc. 4. Med. cit. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 1. §. 3. Synod. Petri Vrsin. hoc tit. §. ult. Synod. Caroli Caraf. c. 6. §. 2.*

9. *Ad præscriptum Decreti S. Rit. Congr. de mādato Alex. VII. 27. Sept. 1659.*

poni: multòque magis in processionibus deferri, nisi ex speciali Apostolicæ Sedis indulto.

10. In die festo celebrando cum solenni Sacrificio Missæ, & Officio duplici illius Sancti, cujus in aliqua Ecclesia asservantur Sacræ Reliquiæ, desumatur regula ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, quod Urbanus VIII. approbavit, & in Breviario Romano adnecti jussit, idque religiosè observari mandamus.

11. Omnes, & singuli Parochi, cæterique Ecclesiarum Præfecti, etiam Regulares, & exempti, infrà trimestre à publicatione præsentis Synodi, distinctum ad Nos catalogum dirigant cunctarum Reliquiarum, quæ legitimo monumento probatæ suis in Ecclesiis reperiuntur, ad ejus perpetuam in nostro Archivio custodiam, & conservationem; ut plenè in hac parte commissioni à Sacro Concilio Tridentino Nobis factæ, etiam ut Sedis Apostolicæ Delegati obtemperemus.

12. Quicunque sacram aliquam Reliquiam Ecclesiarum hujus Civitatis, ac Diœcesis, aut Particulam ejus auferre, vel sine nostra licentia donare, vel transferre, etiam cum solennitate, & convenienti pompa præsumpserit, excommunicationem ipso facto Nobis reservatam incurrat.

13. Cum Sanctissima Eucharistia nunquam in tabernaculo reliquiæ socientur, aut in processionibus deferantur, neque in sepulchralibus machinis Feriæ quintæ

10. Juxta Decreta S.R.C. jussu Urb. VIII. in novis Breviariis Rom. apposita.

11. Trid. cit. sess. 25. eod. tit. Conc. Prov. Med. 4. cit. §. Quia omni. Conc. Prov. Neap. cit. §. 6. Syno. Caroli Caraf. cap. 6. §. 10.

12. S. Greg. Papa lib. 3. ep. 30. cap. 2. de Reliq. & vener. Sanctorum. Can. Corpora 15. de consec. dist. 1. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 9.

13. Cap. Sanè de celeb. missar. Synod. Caroli Carafæ c. 6. §. 8. Synod. Petri Ursini eodem sup. cit. tit. §. ad ægrotos.

quintæ in Cœna Domini exponantur. Ad ægrotos similitèr asportari, aut in eorum domibus pernoctare, vel diutiùs immorari prohibemus, nisi venia priùs à Nobis, vel à Vicario nostro Generali obtineatur.

14. Si quæ alicubi absque legitimo documento Reliquiæ habentur, thure venerari, vel ad osculum offerri interdicimus: imò nec pro Altaris ornatu, dummodò nostra non adsit permissio, adhiberi volumus.

CAPUT VII.

De Sacris Imaginibus.

CONvincuntur, & confunduntur Sacrarum Imaginum oppugnatores,cum nemo ferè ex fidelibus levet oculos suos in eas, qui intus se moveri non sensiat, & occulta quadam vi ad Prototypa rapi: undè utilitèr non minus pro earum defensione, quàm acritèr decertavit Ecclesia. Porrò quemadmodum locutus est JESUS in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis; ità Spiritus Sanctus per similitudines, in quibus Christum adoramus, & Sanctos, facit nos vocem suam audire, simulque de excelso mittit ignem in ossibus nostris, & erudit nos, ut figuris, quæ oculis nostris subiiciuntur, ad invisibilis Dei dilectionem accendamur, necnon ad Sanctorum imitationem, qui salutaria nobis exem-

exempla reliquerunt, vitam, moresque nostros componamus. Ut autem, quæ domum Dei decet, in Imaginibus ipsius usu sanctitudo colluceat.

1. Eas in Templis, & Oratoriis absolutè prohibemus, quæ sacrarum literarum veritati, aut Ecclesiasticis traditionibus, Historiis, Institutis, ac Ritibus vel minimum adversantur: illasque solummodò permittimus, quas inde depromptas, procul omni procacitatis umbra, pietas, ac religio agnoscit.

2. Nullam prætereà ab antiqua Catholicæ Ecclesiæ consuetudine diversitatem Sacræ Imagines præseferant, nec sub indumento alicujus peculiaris Ordinis exprimantur. Qui secùs ab hac regula illas efformare, efformandas curare, exponere, vel tenere ausus fuerit cujuscunque status ille sit, etiam Regularis, pœnis à Sacro Concilio Tridentino, atque à Constitutione Urbani VIII. decretis, excommunicatione præsertìm in illis comminata, à Nobis etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis punietur.

3. Picturæ sacræ in publicis parietibus extrà Ecclesias ne fiant, nisi quatuor supra terram saltèm palmis emineant. Sonitus quoque, & cantus festivos, profanasque actiones quaslibet, quin & divinorum celebrationem officiorum penes easdem, sub pœnis ad arbitrium nostrum prohibemus.

4. Nequeant sine concessione Apostolica in Templis, Sacrariis, & Oratoriis, præsertìm verò ubi Missæ Sacrificium, & divina persolvuntur offi-

cia

1. Trid. sess. 23. in Decreto de Invoc. & vener. Sanctor. Vrba. VIII. const. 51. Sacrosancta. Synod. Petri Vrsini hoc titulo. Synod. Caroli Caraf. cap. 5. §. 2.

2. Trid. ubi sup. cit. const. Vrbani VIII. Conc. Prov. Neap. tit. 4. cap. 2. §. 1. & §. 2.

3. Ex Dec. S. C. Episc. & Regul. 22. Maii 1556. Conc. Prov. Med. S. Caroli 3. & 4. p. hoc tit.

4. Ex S. Congr. Vniv. Inquis. dec. 13. Martii, & 2. Oct. 1625. Vrban. VIII. const. 57. Sanctissimus.

cia eorum Imagines exponi, qui inter Sanctos nondum ſunt relati.

5. Abſque Deputatorum noſtrorum prævia recognitione, ſpecialique publicationis permiſſu, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, mandamus nec exponi, nec in propatulum deduci ullas Imagines ſacras ſive ære inciſas, ſive impreſſas cum novitate aliqua miraculi, orationis, vel cujuſpiam ſimilis.

5. *Concil. Trid. ſeſſ. 25. decr. ſup. cit. Concil. Prov. Neapol. ſub Card. Cantel. cit. tit. 4. c. 2. §. 2. Synod. Petri Vrſini ibid. §. Quo autem.*

6. A Conſtitutione Urbani VIII. quo ad defunctos etiam cum opinione ſanctitatis nullus recedere audeat, ità ut ii neque cum laureolis, aut radiis depingantur, neque ad eorum ſepulchra lampades, aut luminaria accendantur, vel votivæ ſuſpendantur tabellæ.

6. *Ex decr. S. C. univ. Inquiſ. cit. & conſt. Vrban. VIII. 37. Sanctiſſimus, ac ex conſt. cæleſtis Hieruſalem 22. alias 132 in Appendic. & iuxta adiectam declarationem eidem Conſtitutioni.*

7. Quivis Fidelis ſacras Imagines ſaltèm Crucifixi, & Beatiſſimæ Virginis in cubiculo ſervet, coram quibus preces, & vota ſua offerat.

CAPUT VIII.

De novis Miraculis.

Mirabilis profectò Deus in Sanctis ſuis, at non ſolis miraculis cœleſtium Procerum virtutem confirmat, aut diſtinguit, ità ut unica probatio ſanctitatis ſint ſigna. Illud Phariſeorum, volumus à te ſignum videre, in Sanctos ex avaritia,

vel

vel ambitu multi effutiunt, qui ex aliorum merito proventum sperant, aut gloriam, dicentes etiam, signa nostra non vidimus, jam non est Propheta: quare alii plerumque, ubi gratiæ legitimæ non suppetunt, adulterinas supponunt. Ne igitur aut vana fingendo, aut majora veritate jactando Religioni irrogetur injuria, & Fidelium credulitati illudatur in recensendis miraculis, hæc mandata serventur.

1, Prohibetur Parochis, & Concionatoribus enarrare miracula, quæ vel Ecclesiæ, vel Scriptorum probatæ fidei testimonio non nitantur. Item anathematis pœna ipso facto incurrenda, sciat se mulctari, qui non approbatis Imaginibus tabellas tanquam testes suppositæ gratiæ appenderit.

2. Facta miraculosa quoties apparuerint, sive per aliquas Sanctorum Reliquias, sive per corpora, vel effigies Servorum Dei, quos Ecclesia Sanctos, aut Beatos non adhuc declaravit, cum idoneis testibus comprobari, inque publica documenta, quod Nobis incumbit, referri oporteat; Parochi, atque Ecclesiarum Rectores, etiam Regulares nullatenùs publicent, sed Nobis primùm deferant.

3. Ad idem teneantur si unquam apud ipsamet corpora, sacrasque Imagines miraculosum aliquod, ac singulare Dei beneficium divulgari sentiant, videantque ad prædicta ingentem populi concursum fieri. Hunc autem ad sepulchra eorundem Servorum Dei, nondum titulo Beati, aut Sancti decoratorum, sive

1. Capit. Audivimus, & c. fin. de reliq. & ven. Sanctorum.
Trid. sess. 25. in Decreto de invoc. & vener. Sanctor. circa finem.
Synod. Caroli Caraf. cap. 7. §. 2. & 3.
Trid. loc. cit.
Vrba. VIII. constitut. 37. Sanctissimus.
S.R.C. decrevit de mandato eiusdem Vrban. VIII. sub die 12. Mart. 1631. quod decretũ confirmavit Innocent. XI. anno 1678. alio dec. S.C. Conc. Prov. Medio. S. Caroli 4. hoc titulo.
Conc. 4. Maguntin. sub Paulo III. c. 42.
Synod. Caroli Carafæ citat. cap. 7. §. 2.

sive pro illorum cultu, sive pro implorando auxilio, non permittant; sed si opus fuerit, aditum intercludant: & si qua ad illa pro acceptis gratiis monumenta ex voto fuerint adducta, ea cum suis descriptionibus in abscondito custodienda reponant, nosque de omnibus certiores faciant.

4. Præsentatæ alicui Altari, aut Sacræ Imagini votivæ oblationes cereæ, argenteæ, aureæ, vel cujuscunque alterius generis nunquam inde amoveantur. Si verò alicujus privatæ domus Imaginibus, publicè tamen expositis, exhibitæ illæ fuerint, non ad Dominos ejus domus, sed ad Parochialem Ecclesiam, intrà cujus fines dicta domus erit, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii, omninò spectent. 4. *Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. cit. tit. 4. c. 2. §. 3. Barbos. de officio, & potest. Parochi par. 2. c. 24. nu. 26.*

CAPUT IX.

De Sacris Repræsentationibus.

MOns, in quo Pater Abraham Filium suum, quem diligebat Isaac sacrificare parabat, appellatus ab eo fuit, Dominus videt: undè etiam nunc appellatur, Dominus videbit. Cum enim ea Immolatio Calvariæ crucifixionis futuram repræsentaret catastrophen, Deum Patrem meruit habere spectatorem. Indè quæcunque populis spectacula sacra offerimus, sive Domini Salvatoris acerbissimam Passionem, sive gloriosos Marty-

rum triumphos, sive aliorum inclyta gesta Sanctorum, semper illis speciali quadam præsentia Deum adesse putandum est. At quoniam depravata nostrorum conditio temporum profana, apocrypha, & aliena prorsùs ab historica veritate piis, & sanctis commiscet, ità ut risum potiùs ciant, quam spiritu, ac devotioni opitulentur, Deumque videntem habere non merentur; ideò

1\. *Conc. Prov. Med. 1. S. Caroli tit. de Actionibus, & repræsentation.*

1\. Salutarem ut supra Christi Domini Passionem, aut præclara Martyrum, vel cæterorum acta Sanctorum in quovis sacro, vel profano loco recitare, aut repræsentare nemo scenicè audeat, vel recitari, aut repræsentari permittat, nisi priùs à Nobis, vel à nostro Deputato, accuratè iis, quæ repræsentanda sunt, cognitis, & circumstantiis loci, & temporis maturè perpensis, facultatem in scriptis obtinuerit. Idemque circa Comedias, Tragedias, aliasque similes, quamvis non sacras, statuimus, manuscripta quæ sint, ac è prelo Superioribus permittentibus non prodiverint, si in loco sacro repræsententur; ut scilicet nostræ correctioni subiiciantur, sub pœna excommunicationis quoad laicos, & quoad Clericos sub aliis pœnis ad nostrum arbitrium.

2\. *Can. In religiosa. de consecr. dist. 3. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. cap. 6. §. 3.*

2\. Fabulis, Circulationibus, Nugationibus, aliisque theatralibus, diebus festis, & quadragesimali tempore penitùs interdicimus.

CA-

CAPUT X.

De Festorum dierum cultu.

SAbbathi sanctificationem præcepit Deus filiis Israel in signum servitutis, & ut Ezechiel loquitur, ut scirent, quia ipse erat eorum Dominus, ac Deus. Profectò conditor exiguam nimis usuram ejus à Nobis exigit, & utinam paucos illos dies Divino suo cultui destinatos, aut Sanctis dicatos puro pietatis affectu coleremus: utinam tempus operis non dissiparet legem Domini, & consumpta in rebus seculi majori anni portione, tenues quædam reliquiæ cogitationis diem festum Altissimo agerent. Plurima sunt in causa, cur Neomæniam, & Sabbathum, & Festivitates non ferat Deus: cur illas in luctum, & cantica nostra in planctum sæpè convertat: cur kalendas, & solennitates oderit. Quibus, ut quantum possumus, occurramus.

1. Fidelibus cunctis notum sit Festos dies binarum noctium, præcedentis scilicèt, & subsequentis medietatibus, tanquam principio, & fine cōcludi.

2. Singulis diebus Dominicis Parochi de Altari proximè sequentis hebdomadæ Festa ex præcepto servanda populo annuncient; ipsumque simul alliciant ad omninò debitam illorum sanctificationē.

3. Hanc autem in eo consistere, ut quisque de Ecclesiastici necessitate præcepti Sacrosancto Missæ

1. Cap. Quoniā 2. de feriis. Cap. Consuluit 24. de offic. & potest. Iudicis de leg. L. more Romano, ff. de feriis.

2. Trid. sess. 25. de dieb. festis. B. Pius V. const. 5. Cum primum. Can. Si quis etiam. canon. Omnes fideles can. missas. de consecr. distin. 1. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. cap. 6. §. 2.

3. Can. cit. Trident. loc. cit. eadem const. B. Pii V.

Can. Pronunciandum. de consec. dist. 3. c. 1. de Feriis. Concil. Prov. Neap. loc. cit. Synod. Caroli Caraf. c. 10. §. 2.

Sacrificio interſit, ad verbum Dei audiendum, doctrinam chriſtianam ediſcendam, pias in Eccleſia preces recitandas, aliiſque Divinis Officiis devotè aſſiſtendum accedat: necnon per omnimodam abſtinentiam à ſervilibus, & per peculiarem, ſeu pluſquàm ordinariam Deo appropinquationem, ſpiritualibus, ac religioſis operibus impẽſiùs vacet, iidem Parochi vel ſemper, vel ſæpè declarare meminerint.

4. Can. Commeſſationes. diſt. 4. can. Inreligioſa. de conſecr. diſt. 4. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 4.

4. Adiiciant quoque contaminari ad interitum, non autem celebrari Feſtivitates ad ſalutem per choreas, commeſſationes, ebrietates, ludos, atque ſpectacula.

5. Ex Concil. Prov. Medi. 3. D. Caroli hoc eod. tit. Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 5. Synod. Caroli Caraf. ibidem §. 3.

5. Abuſui, qui apud mulieres præſertìm inolevit, non pergendi ad Eccleſias, & Miſſam non audiendi, replicatis clamoribus tum publicis, tum privatis, ità ut omninò tollatur, Parochi non ſolùm, ſed & Concionatores, & Confeſſarii valdè ſe opponant: vanoſque ſive honeſtatis, ſive convenientiæ, aut conſuetudinis, quibus hujuſmodi corruptela innititur, prætextus infringant: neque in hac re peccantes, aut peccandi cauſam, vel occaſionem dantes, ſine gravi pœnitentia à Sacramentali foro dimittant.

6. Ex Vrban. VIII. conſtit. 52. alias 162. Vniverſa, §. Vt verò. cap. licet de feriis Conc. Prov. Neap. cit. c. 6. §. 4. Synod. Petri Vrſini hoc titulo, §. Agricolæ.

6. Pro dierum feſtorum obſervantia Parochi ſedulò invigilent, à quibus facultatem exercendi ſervilia, cum neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadet, impetrandam eſſe decernimus, ità ut eam non promptè concedant, ſed præfatis cauſis priùs benè perpenſis largiantur.

7. Præ-

7. Præter contractus nominatim à Jure permissos (quos enumerat Glossa in cap. finali de Feriis) alii diebus festis minimè fiant: omnisque sileat Actorum Judicialium strepitus, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ.

7. Can. Nullus 15. q. 4. cap. Placite. cap. Nullus Epis. cap. Conquestus. de Feriis B. Pius V. const. sup. cit. Synod. Petri Vrsini hoc titulo. §. Notarii cum §. sequenti.

CAPUT IX.

De observantia Jejuniorum.

Corporibus esca, Animabus verò Jejunium vires addit. Hoc Pudicitiæ propugnaculum est, quo carnis petulantia, subducto cibo, vitiorumque fomes coërcetur, Sanctissimarumque virtutum, rerumque cœlestium epulæ parantur. Didicimus sanè à Jejunio mentem purgari, carnem spiritui subdi, concupiscentiæ nebulas dissipari, sanguinis ebullientis ardores extingui, & castitatis lumen accendi. Ut igitur tam salutare innocentèr vivendi pharmacum, Christi Domini, & Prophetarum exemplo consecratum, ab Apostolis doctrina, & opere Ecclesiæ commendatum, necnon totius in omni statu electæ à Deo universitatis, tum insontibus, tum pœnitentibus pervetustum, negligentia nostra non pereat, qui loco Apostolorum suffecti sumus, ejus observantiam his Decretis promovemus.

Synod. Caroli Carafæ c. 10. §. 6.

1. & 2. Trid. sess. 25. de delectu ciborum ieiunii, &c. can. Denique. dist. 4. canon. Statuimus. dist. 72. can. Solet de consec. dist. 1. can. Pronunciandum eod. tit. dist. 3. can. quid pridem. dist. 86. can. ieiuniũ. can. Nihil enim. de consecrat. dist. 5. Synod. Caroli Caraf. cap. 9. §. 2.

1. Jejunia per hebdomadam de præcepto occurrentia, Parochi, cæterique Animarum Rectores, singulis præcedentibus Dominicis diebus, inter Missarum solennia, populo enuncient.

2. Æta-

Sacrificio interſit, ad verbum Dei audiendum, doctrinam chriſtianam ediſcendam, pias in Eccleſia preces recitandas, aliiſque Divinis Officiis devotè aſſiſtendum accedat: necnon per omnimodam abſtinentiam à ſervilibus, & per peculiarem, ſeu pluſquàm ordinariam Deo appropinquationem, ſpiritualibus, ac religioſis operibus impẽſiùs vacet, iidem Parochi vel ſemper, vel ſæpè declarare meminerint.

4. Adiiciant quoque contaminari ad interitum, non autem celebrari Feſtivitates ad ſalutem per choreas, commeſſationes, ebrietates, ludos, atque ſpectacula.

5. Abuſui, qui apud mulieres præſertìm inolevit, non pergendi ad Eccleſias, & Miſſam non audiendi, replicatis clamoribus tum publicis, tum privatis, ità ut omninò tollatur, Parochi non ſolùm, ſed & Concionatores, & Confeſſarii valdè ſe opponant: vanoſque ſive honeſtatis, ſive convenientiæ, aut conſuetudinis, quibus hujuſmodi corruptela innititur, prætextus infringant: neque in hac re peccantes, aut peccandi cauſam, vel occaſionem dantes, ſine gravi pœnitentia à Sacramentali foro dimittant.

6. Pro dierum feſtorum obſervantia Parochi ſedulò invigilent, à quibus facultatem exercendi ſervilia, cum neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadet, impetrandam eſſe decernimus, ità ut eam non promptè concedant, ſed præfatis cauſis priùs benè perpenſis largiantur.

7. Præ-

Can. Pronunciandum. de conſec. diſt. 3. c. 1. de Feriis. Concil. Prov. Neap. loc. cit. Synod. Caroli Caraf. c. 10. §. 2.

4. *Can. Commeſſationes. diſt. 4. can. Inreligioſa. de conſecr. diſt. 4. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 4.*

5. *Ex Concil. Prov. Medi. 3. D. Caroli hoc eod. tit. Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 5. Synod. Caroli Caraf. ibidem §. 3.*

6. *Ex Vrban. VIII. conſtit. 52. alias 162. Vniverſa, §. Vt verò. cap. licet de feriis Conc. Prov. Neap. cit. c. 6. §. 4. Synod. Petri Vrſini hoc titulo, §. Agricolæ.*

7. Præter contractus nominatìm à Jure permissos (quos enumerat Glossa in cap. finali de Feriis) alii diebus festis minimè fiant: omnisque sileat Actorum Judicialium strepitus, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ. 7. Can. Nullus 15. q. 4. cap. Placite. cap. Nullus Epis. cap. Conquestus. de Feriis B. Pius V. const. sup. cit. Synod. Petri Ursini hoc titulo. §. Notarii cum §. sequenti. Synod. Caroli Carafæ c. 10. §. 6.

CAPUT IX.

De observantia Jejuniorum.

Corporibus esca, Animabus verò Jejunium vires addit. Hoc Pudicitiæ propugnaculum est, quo carnis petulantia, subducto cibo, vitiorumque fomes coërcetur, Sanctissimarumque virtutum, rerumque cœlestium epulæ parantur. Didicimus sanè à Jejunio mentem purgari, carnem spiritui subdi, concupiscentiæ nebulas dissipari, sanguinis ebullientis ardores extingui, & castitatis lumen accendi. Ut igitur tam salutare innocentèr vivendi pharmacum, Christi Domini, & Prophetarum exemplo consecratum, ab Apostolis doctrina, & opere Ecclesiæ commendatum, necnon totius in omni statu electæ à Deo universitatis, tum insontibus, tum pœnitentibus pervetustum, negligentia nostra non pereat, qui loco Apostolorum suffecti sumus, ejus observantiam his Decretis promovemus. 1. & 2. Trid. sess. 25. de delectu ciborum ieiunii, &c. can. Denique. dist. 4. canon. Statuimus. dist. 72. can. Solet de consec. dist. 1. can. Pronunciandum eod. tit. dist. 3. can. quid pridem. dist. 86. can. ieiuniū. can. Nihil enim. de consecrat. dist. 5. Synod. Caroli Caraf. cap. 9. §. 2.

1. Jejunia per hebdomadam de præcepto occurrentia, Parochi, cæterique Animarum Rectores, singulis præcedentibus Dominicis diebus, inter Missarum solennia, populo enuncient.

2. Æta-

2. Ætatem, & labores ab eo præcepto excusantes, species ciborum vitandas, horamque meridianam, in qua unicè comedendum, similitèr edoceant.

3. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 2. cap. 7. §. 2. Synod. Caroli Carafa cit. c. 9. §. 1.

3. Prægrandem, ac Deo dignam Jejunii virtutem, & meritum, si alia ei adjungantur bona, prædicent; non enim fructuosè corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate revocetur: & nisi, qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent, sectando Justitiam à culpa jejunent.

4. Ex actibus Eccl. Mediol. S. Caroli par. 4. in instruct. Prædicat.

5. Can. Quadragesima. can. Ieiunia. de cons. dist. 5. ad præscriptum Edicti quotannis promulgari soliti in 1. Dominica Quadragesimæ.

4. In hoc idem Concionatores vires suas exerant commendantes Jejunium, utpotè à Deo Optimo Maximo jam tum à Mundi incunabulis, cum Adæ præcepit, ne de ligno, quod erat in medio Paradisi, comederet, institutum; à Moyse, & Prophetis in veteri lege susceptum; & à Domino Salvatore quadraginta dierum, & quadraginta noctium curriculo consecratum; atque in ejus violatores, legisque tam sanctæ, ac salutaris remedii contemptores, severiùs invehantur.

5. Ob invaletudines à præcepto jejunandi in Quadragesima nemo se audeat eximere, quin eam ipsam causam Medici testimonio, ac Deputati à Nobis per edictum nominandi, approbatione justificaverit.

6. Conc Prov. Neap. cit. c. 7. §. 5. Syn. cit. Petri Ursini tit. de ieiunior. observatione, §. Medicos autem.

6. Medici autem non ad assertionem petentis, sed ad veritatem necessitatis in testimonialibus literis concedendis attendant; cæteraque observent, quæ in Edicto quotannis publicari solito præscribuntur;

ne

ne aliorum gulæ blandientes meritam portionem in cruciatuum æternitate sibi acquirant.

7. A personarum acceptione caveant omnes, & singuli Jejuniorum Dispensatores, in quo sicut eos seriò monemus, ità eorum conscientiam oneramus.

8. Cibaria vetita nec sibi aliquis parare, nec aliis vendere quadragesimali tempore possit, nisi cum licentia, non alitèr quàm gratis concedenda, & juxtà formam nostri præfati Edicti.

9. Quandiù dictum quadragesimale tempus durat, nefas sit macellariis, cauponibus, tabernariis, & aliis quibuscunque, carnes, aliosque cibos vetitos vendere, parare, vel permittere in suis tabernis, hospitiis, vel domibus, nisi de nostra, vel alterius legitima licentia constiterit, ut in eodem Edicto præscribitur, ejusque servata forma.

7. *Ad formam citat. Edicti. can. Contraria. de consec. dist. 5.*

8. & 9. *Conc. Tolet. 8. can. 9. Conc. Prov. Med. 5. Conc. Prov. Firman. c. 8. Conc. Prov. Neap. cit. c. 7. §. 6. Synod. Petri Ursin. cit. tit. §. Ieiunii tēporibus, & §. Cauponib. Synod. Caroli Caraf. loc. citat. §. 4.*

CAPUT XII.

De Processionibus.

Supplicationes publicas ingeniosa Pietas excogitavit, sive in animi gratiarum memoris argumentum, sive ut vindices Dei manus culpis hominum imminentes, instar Moysis, exarmaret flagellis: Adhibet in istis odoramenta Sanctorum, ne Deum offendat iniquitatum putor: immiscet Ecclesiæ sponsæ mediatores cantus, qui vocem

san-

ſanguinis, & Pentapoleos clamorem impediant, quo minus penetrent Cœlum. Verũ quia ſupplicationes noſtras Divus Jacobus objurgans, ait Petitis, non accipitis, eò quod malè petatis: & dum in gratiarum actione canimus Domino, quia equum, & aſcenſorem projecit in mare, aliundè audimus, Populus hic labiis me honorat,cor autem eorum longè eſt à me,quia ſcilicet tanta confabulandi licentia,tam libera morum relaxatione tractatur hoc ſacrificium laudis, ut potiùs iram Dei, quàm ejus indulgentiam mereamur. Nos ut abuſus quoſdam in publicis ſupplicationibus à Satana inductos avellamus, ea, quæ ſequuntur, obſervanda præcipimus.

1. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 13. Conc. Prov. Neapol. ſub Card. Cantel. tit. 2. cap. 3. nu. 2.

1. Illi omnes ad interveniendum Proceſſionibus ſe obligatos eſſe intelligant, qui in Edicto diebus aliquot ipſas præcedentibus promulgari ſolito exprimentur: nec obligationi ſuæ ſatisfeciſſe cenſeantur, niſi cuncta cum effectu, & inviolatè præſtiterint, quæ in ipſomet Edicto pro publicis à Nobis ordinandis Proceſſionibus determinata, & præſcripta fuerint.

2. Leo X. in Conc. Lateranenſe ſeſſ. 11. & in conſtit. 17. Dum intra. Trid. loc. cit. S.R. Cong. in Neapol. 24. Nov. 1608. & in Sulmonenſ. 15. Ianuarii 1633. Synod. Petri Vrſin. hoc tit. Synod. Caroli Caraſæ cap. 34.

2. Proceſſionibus intereſſe adſtricti tam de Jure, quàm de Conſuetudine in hac noſtra Civitate, & Diœceſi, ſive Seculares Clerici, ſive Regulares, etiam Monachi, & Confraternitates laicorum, cum præcedente Edicto moniti fuerint, & vocati, die, & hora ſtatutis accedere teneantur, juxtà tenorem ejuſdẽ Edicti. Aliàs, juxtà Sacri Concilii Tridentini, & Sa-

cræ

ctæ Congregationis Decretum, per censuras respectivè, & per arbitrarias etiam Nobis pœnas ad accedendum cogentur.

3. Processiones in Christi Corporis solennitate, ac per ejus Octavam haberi solitæ, matutino tantùm tempore fiant, nisi rationabili, justaque de causa alitèr Nobis visum fuerit; nec prorsùs, transacta dicta Octava, eas facere liceat tam in Civitate, quàm in Diœcesi. caveantque Parochi alienæ Parœciæ fines pertingere, nisi consensiente ejus Parocho proprio, ne ullum ex hoc scandalum, aut turbatio emergat, sub pœnis gravissimis ad nostrum arbitrium quibuscunque alitèr attentantibus: ipsis verò Parochis carceris formalis ad mensem.

4. In omnibus Processionibus Crux præferatur à Clerico, talari veste, & cotta induto: isque hujusmodi sit, ut eam aptè, & decorè ferre possit. Quòd si per alios de necessitate ferenda sit, eadem tunc omninò decentia servetur. Non tamen propterea intendimus prohibere, quin Confraternitatum laici, consueto suæ Sodalitatis amictu vestiti, propriam Crucem, aliaque religiosa insignia in Processionibus deferant. Regularium verò, sicut & cæterorum nunquam Cruces sine panno ante eos pendulo erigantur, præsertìm interveniente Capitulo: quod solùm Parochis in Processionibus funerum indulgemus.

5. Sacerdotes, sive Clerici Seculares, qui non su-

3. Conc. Prov. Neapolit. habitū ante illud Car. Cantel. cap. 38. Can. Ecclesias 13. quæst. 1. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. cap. 3. §. 7.

4. Conc. Prov. Med. 5. part. 2. de process. Synod. Petri Ursini eodem tit. §. In omnibus, & §. Non tamen. Conc. Prov. Neapolit. sub Card. Cantel. cit. c. 3. §. ult. ex decr. S. R. Cong. 14. Ianuarii 1617. Synod. Caroli Caraf. c. 28. §. 5.

5. Ad formam nostrorum Edictorū, quæ solent publicari in Processionib. quotannis habendis.

ſuperpelliceo, & clericali bireto, ſed ſub veſtibus alicujus Confraternitatis, de cujus corpore exstiterint, ad Proceſſiones accedent, ſuam interveniendi obligationem impleviſſe nequaquam cenſeantur.

6. S.Cong.Epiſ. in Albintimil. 2. Iunii 1613. Concil.Prov. Neap. alleg. c.3.§.8.

6. Nemo audeat tormenta, ſclopos, aliave ignivoma inſtrumenta explodere, vel artificia incendere, niſi poſtquam totus populus pertranſierit; ne periculum timens à Proceſſione devotè ſequenda abſterreatur.

7. Conc. Prov. Mediolan. 1. S.Caroli par. 2.tit. de proceſs. Concil.Prov. Neapol. ſup. cit.c.3. §.6. Synod. Petri Vrſin.hoc eodem titulo,§. Omni qua decet cum ſequ.

7. Nulla prorsùs jurgia in Proceſſionibus locum habeant, negotia nulla tractentur, proculque abſint ab eis joci, riſus, confabulationes, & vana colloquia; ſed ea animi religione, ac ità devotè gradiantur, ut univerſo populo præluceant ad pietatem. Prohibemus autem ſub pœna excommunicationis, aliiſque ad noſtrum arbitrium, ne in ipſis Proceſſionibus fiant repræſentationes ludicræ ſaltationes, & ſimilia: ſicut etiam ne puellæ ad delationem myſteriorum, thuribulorum, Crucum, aliorumque ſacrorum geſtaminum aſſumantur, ſub pœna Interdicti illarum Eccleſiarum, aut Oratoriorum, quamvis Regularium, è quibus tales Proceſſiones egreſſæ fuerint. Sub quibus etiam pœnis in Proceſſionibus pœnitentialibus prohibemus omnem illorum cruëntantium flagellorum uſum, qui fit cum inverecunda partium corporis denudatione, ut coxarum, pectoris, brachiorum, & ſimilium; admiſſa tantùm dorſi percuſſione.

8. Ve-

8\. Vetuſtiſſimam, immemorabilem, nec unquam dignis exaltatam laudibus hujus noſtri tum Civici, tum Diœceſani populi devotionem, ac venerationem inſpicientes erga Sanctiſſimam Dei Genitricem MARIAM ſub titulo Caſalucii, cujus miraculoſam à Divo Luca depictam Imaginem piè credimus, & imploratam in neceſſitatibus opem pro temporum congruentiis, ſive Serenitate, & Pluvia, ſive præpotenti ad qualeſcunque calamitates occurſu indeſinentèr experimur; ſtrictaque de acceptis beneficiis obligatione impulſi, ut ſpeciali Clementiſſimæ Dominæ cultui adaugendo tota mentis affectione ſtudeamus, præſenti decreto prohibemus, ne unquam alicui, vel aliquibus liceat dictam Sacram Imaginem amovere de loco, ſeu Eccleſia, ubi reperitur, ſive in Civitate, ſive in Caſtro Caſalucii, eamque alio transferre, aut exportare abſque noſtra ſcientia, & licentia, vel noſtri Vicarii Generalis, tunc danda, cum ſupplicitèr petita fuerit à perſonis conſuetis, nimirùm à Principali aliquo Civitatis Miniſtro nomine ejuſdem, & à Vicario Conventus, ſeu Monaſterii Caſalucii nomine illius Abbatis.

8. Synod. Petri Urſin. hoc titulo. §. Pius, & miſericors Deus.

9\. Excepta Proceſſione, quæ fit in Feſto, & per Octavam Corporis Chriſti, de qua ſuperiùs, nemo quavis ex cauſa præſumat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum extrà Eccleſiam proceſſionalitèr deferre; ſed tantùm in tertia quaque menſis Dominica Parochis per Eccleſiam Parochialem, vel circa

9. S. Rit. Congr. in Caballicen. 27. Augusti 1615. & 18. Feb. 1617. & in Elboren. 14. Ianuarii 1617. & in Cen. erin. 24. Aug. 1619. S. Cong. Epiſ. 6. Auguſti 1591. Conc. Trov. Neap. citat. cap. 3. §. 4. Synod. Caroli Carafæ c. 28. §. 6.

ejus ambitum id facere ſit permiſſum. Indefinitè autem, & generalitèr omnem Proceſſionem, quamcunque ob cauſam, fieri prohibemus abſque noſtra licentia in ſcriptis, ſub pœna Interdicti ipſo facto Eccleſiarum, ſeu Oratoriorum, undè exiverint, etiamſi ſint Regularium, & exemptorum; ſalvis tamen eorum privilegiis, ſiqua ſunt.

10. Proceſſiones quæcunque nocturno tempore, ad ſcandala præcavenda, nullatenùs fiant, ſub pœna Interdicti Eccleſiarum, etiam Regularium, à quibus Proceſſio initium habuit: quoad laicos verò excommunicationis.

PARS QVARTA

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

CAPUT I.

De Capitulo, & iis, quæ ad ipſum, & Canonicos pertinent.

CApitulum ſic dictum ab ejus Capite, quod eſt Epiſcopus, perindè ac Principium æſtimare debemus; undè tanquam à conſilio juſtorum, & Congregatione benè vivendi norma in cæteras tam Ordinis Clericalis, quàm ſtatus ſecularis dilatatur. De eo autem quamvis plurima à Nobis in præſentibus Synodalibus Conſtitutionibus,

Capite præsertìm de Divinis Officiis stabilita sint: sanctioribus adhuc legibus illud pro eximia,& inexplebili animi nostri dilectione ornare, ac decorare cupientes, quo in exemplo religionis, gravitatis, & prudentiæ magis eniteat, omnesque in ipso imitandam sibi morum perfectionem, cœlesti velut in speculo, conspiciant, hæc alia adiicimus.

1. Omnes Canonici prima cujusvis mensis Dominica, secluso Quadragesimæ tempore, post Vesperas capitularitèr conveniant, & Sancti Spiritus illustratione devotè priùs implorata, à Digniori spiritualia aliqua monita proponantur, deque modo agatur, cum Divina Officia ritè persolvendi, tum de defectuum emendatione, siqui circa modestiam, & cultum in Choro præcipuè Deo exhibendum, obrepere visi fuerint. Adhæc Campanæ signum de licentia Decani, aut eo absente, vel quomodolibet impedito, alterius semper Dignioris præcedat: idemque, in electione singulis annis facienda Officialium Capituli, omninò servetur. Pro cujus effectu Canonicos ipsos post primam Dominicam mensis Decembris statìm congregari jubemus, ità ut ante Christi Domini Nativitatis Vigiliam, prædictæ Electionis negotia perfectè sint absoluta.

2. Cum, extrà superiùs memorata tempora, Capitularis Canonicorum Congregatio pro cujuscunque rei deliberatione significanda erit, fieri id omninò nequeat, nisi à Nobis, vel à Vicario nostro Ge-

ne-

1. Ex cap. His, quæ de maiorit. & obedient. Conc. Prov. Mediolan. 3. par. 1. tit. de his, quæ ad Capitulum pertinent. Synod. Petri Vrsini tit. de iis, quæ ad Capitulum pertinent. §. Semèl saltèm & §. Cum absque. Synod. Caroli Caraf. c. 15. §. 3. Synod. Petri Vrsini loc. citat. §. Quotiescunque.

2. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Quandocunque, & §. Cum absq; cum pluribus §§. sequentibus. Synod. Caroli Carafæ c. 15. §. 4. D. Carolus in Concilio sup. cit.

3. Cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte, & c. ult. eod. tit. Synod. Petri Vrsinii ibidem §. Deliberationes, & §. Capitulum, necnon §. Vbi duæ. Synod. Carol. Caraf. c. 15. cit. §. 4. ver. Decreta verò. Conc. Prov. Neapolit. sub Card. Cantel. tit. 8. cap. 2.

4. Synod. Petri Vrsini supra cit. tit. §. conclusione habita, & §. Ad cancellaria. Synod. Caroli Carafæ c. 15. §. 5.

5. Synod. Petri Vrsini cit. titulo. §. Si paria fuerint. Synod. Caroli Caraf. c. 15. §. 3.

nerali indulta facultate. Tum verò invocata, ut supra Sancti Spiritus ope, loco suo, juxtà propriam dignitatem, vel antiquitatem quisque sedeat: factaque de Dignioris licentia ab eo, ad quem spectat, negotii propositione, singuli sententiam suam ordinatè, modestè, longèque prorsùs ab omni altercatione, rixa, vociferatione, & contentione proferant. Qui contraire præsumpserit, unius mensis distributiones, partemque etiam ex communi massa sibi obvenientem amittat, perindè ac si nihil, ut ajunt, fecisset, præter alias ad nostrum arbitrium pœnas juxtà casus gravitatem desumendas.

3. Si per occulta suffragia deliberari negotia Canonicis expediens videatur, tunc, Urna cum solitis calculis circumlata, ea prævaleat determinatio, in quam plura numero vota confluxerint. Declaramus autem nunquàm Canonicos censendos esse capitulariter congregatos, nisi eorum numerus alteram ex duabus viventium Partibus excesserit.

4. Pro sui muneris exigentia, ac debito, negotia ut fuerint proposita, subindèque resoluta, cum nominibus Canonicorum, qui in Capitulum intervenire, in libro ad hoc designato Canonicus Secretarius inscribet: habitasque determinationes prima die omnibus Canonicis communi coram evulgabit.

5. Cujuscunque Canonicalis ordinis Caput votorum scrutinio cum Secretario assistat, prima nimirùm Dignitas, primus Presbyter, primusque Diaconus

conus ex iis, qui aderint. In paritate suffragiorum iterum, atque iterum si oporteat scrutinium fiat; si autem disparitas non succedat intrà tres dies, ad arbitrium Episcopi determinatio, quæcunque illa sit, seu electio devolvatur. Capitularis autem Congregatio non in alio loco, quàm in solito semper cogatur, in Odeum scilicet, quod Canonica nuncupatur; alitèr quæçunque conclusa fuerint nulla, & irrita habeantur: qualia similitèr ea declaramus, quæ contra præsentium Ordinationum formam acta fuerint.

6. Nullus Canonicus dum ejus propria, & particularis quæpiam discutitur causa, cum cæteris consedeat, sed omninò absit, sub pœna nullitatis conclusionis. Neque fieri possint contractus affictuum, locationum, censuationum, aut similes bonorum Patrimonii Capitularis, cum Canonicis ipsis, aut cum eorum usque ad secundum gradum conjunctis, sive directè, sive indirectè, sub eadem pœna. Nullos esse volumus, & declaramus contractus quicunque affictuum, locationum, sive alii, qui per Canonicos Procuratores absque interventu Canonicorum ad Instrumenta deputatorum, aut majoris Partis illorum fient; quantumvis non per Instrumenta, sed per cautelas, ut ajunt, dictorum contractuum stipulatio efficienda foret: declarantes eos ad hoc inhabiles, interventu præfato deficiente.

6. Sac.Congreg. Ep.14. Martii 1615. Conc. Prov. Med.4.S.Caroli hoc tit.

7. Ab officiorum exercitio, ad quod fuit à Capitulo electus, nemini liberum sit resilire absque

7. Synod. Petri Ursini tit.citat. §.Nemini autem. Synod.Caroli Caraf. c.15. §.8.

justa,

justa, vel ab eodem Capitulo admittenda, vel à Nobis examinanda causa.

8. *Synod. Petri Vrsini ibid. §. Vt autem.* 8. Nullus de Capitulo, sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, votorum, seu suffragiorum subornationi studeat, pro aliquo, vel contra aliquem ea ex industria emendicans; benè tamen possit inter Canonicos de meritis, & qualitatibus eligendorum sermo haberi, quo digniores, & utiliores, ac magis idonei ad officia assumantur.

9. *Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Instrumenta.* 9. Specialem Canonici curam habeant, ut Capituli scripturæ in ejus Archivio diligentèr, ac fidelitèr in perpetuum asserventur: ii præsertìm, qui ad earum custodiam à Capitulo electi, Archivarii vocantur: nec scripturam aliquam, vel ejus exemplar indè extrahere ullo modo cuipiam liceat, non consentiente dicto Capitulo, & Archivariis ipsis, vel majori eorum parte non præsentibus, sub pœna ad nostrum arbitrium.

10. *Synod. Petri Vrsini præcitat. tit. §. Capituli nomine, cum §. sequenti.* 10. Prohibitum sit Canonico Secretario literas ullas Capituli nomine, ejusdem non præcedente mandato conscribere; imò conscriptas in pleno Canonicorum cætu, omnibus audientibus legat, ut commune de verborum proprietate circa negotii expressionem, & an Capituli decus, gravitatemque deceant, efformetur judicium: easque, nisi antea registratas, ne mittat. Quas verò ad Capitulum directas ipse recipiet, coram majori saltèm Canonicorum Parte aperire debeat, sicque propalatas posteà registrare.

11. Ca-

11. Capituli Procuratores singulis annis dati, & accepti rationes reddant intrà mensem: quæ in majorem deindè referantur Codicem, in Capitulari Archivio reponendum, semperque asservandum. 11. *Synod. Petri Ursini in cod. tit. §. Rationes dati.*

12. Peculiaritèr invigilent tum Decanus, & Cantor, Chori Præfectus, tum Dignitates aliæ, necnon Thesaurarius, ut Missæ solennes, Vesperæ, Divinaque alia Officia statis, congruis, & propriis celebrentur, & recitentur horis, nec alii à præfatis ejusmodi muneri se prorsùs ingerant, aliquid in Choro, Sacristia, vel Ecclesia præcipiendo; sed unusquisque in supradictis omnibus obedire, propriasque sui ipsius studeat partes explere. 12. *Synod. Petri Ursini tit. cit. §. Sedulò, & §. Præter ipsum.*

13. Thesaurarius, qui ex tribus Canonicis Presbyteris à Capitulo nominandis, ille erit, quem Episcopus eliget, apprimè sedulam sacris Reliquiis, Vasis pretiosis, Ecclesiasticis indumentis, totique Cathedralis Thesauro custodiam adhibeat; quorum omnium singulis annis conficiatur Inventarium ab eo, successori coram quatuor Dignitatibus originalitèr, & Capitulari Archivio exemplaritèr consignandum. 13. *Ad text. in cap. 1. & 2. de officio custodis. Synod. Petri Ursini eodem loco, §. Thesaurarius.*

14. Sacristis tum majoribus, tum subalternis, & Ecclesiæ servitio adscitis Clericis in Officiò præsit, ac ubi opus fuerit, eos moneat, corrigat, reprehendatque: necnon invalescentibus erratis, consulto Episcopo, etiam eiiciat. Cum autem de Sacristis majoribus erit providendum, Capituli, cujus ex- 14. *Synod. Petri Ursini ibidem §. Sacristas.*

pensis illi sustinentur, consensus requiratur.

15. Synod. Petri Ursini. §. A Sacristis. cum pluribus §§. sequentibus. Synod. Caroli Carafa c. 15. §. 12.

15. Campanas statis, praescriptis, & consuetis horis ad Divina Officia, ad Salutationem Angelicam manè, meridie, ac serò, itemque ad nocturnam pro mortuis Orationem à Sacristis pulsari; Ecclesiae fores diluculò, & non anteà aperiri; cum advesperascit, & non posteà claudi; Templi pavimentum semèl saltem in hebdomada verri; Altaria crebrò expoliri, & in omni tempore juxtà Visitationum nostrarum replicatas Ordinationes, ornata servari; Cappellas à pulveribus, aranearum telis, & quantumvis minusculis sordibus indefesè emundari; lampades continuò noctuque, diuque in Sanctissimae Eucharistiae conspectu accensas teneri, necnon persaepè abstergi; Aquam lustralem in fontibus per singula Sabbatha renovari; universaque alia mandet, quae intrinsecam Domus Dei sanctitudinem, externa munditie, ac nitore sensibilitèr introeuntium oculis praefigurent.

16. & 17. Synod. Petri Ursini sup. citat. tit. §. Ex Sacristia, & §. Missas lectas.

16. Sacerdotes tam Dioecesanos, quàm exteros, nisi cum talari habitu, ut alibi sancitum est, ad celebrandum accedere; vel Sacristiam vanis, profanisque collocutionibus, rixis, jurgiis, clamoribusque turbari; vel à mulieribus adiri nullatenùs patiatur.

17. Missas ad majorem Fidelium commoditatem, diebus praesertìm Festis, opportunis horis distribuat: easque Altaribus destinetità inter se dissitis, ut concelebrantium Sacerdotum alter alterum nequeat impedire.

18. Ul-

18. Ultrà ea, quæ pro Canonicis Punctatoribus suprà capite de Divinis Officiis ordinata sunt, eisdem præcipimus, ut Choro semper, & cum assiduitate intersint, quo aliorum absentias cernere valeant, & notare. Si autem justa de causa illos, ne ad Chorum accedant, impediri contigerit, tunc de majoris Dignitatis licentia ejus lateris, à quo Punctator deficiet, alter ab eadem probandus in dicto munere subrogetur; secùs Punctator contraveniens unius diei distributione privetur. Punctationum verò Tabulæ Cantori, Chori Præfecto, finitis singulis mensibus afferantur. 18. *Synod. Petri Ursini tit. de iis, quæ ad Capitulum pertinent, §. Toto tempore.*

19. Canonicorum, seu Capituli functionibus majori commodo, ac decore peragendis, ne quidquam ex iis, quæ putantur necessaria, desit, duos Clericos ipsius Capituli sumptibus assistere mandamus, qui Martyrologium diebus currentibus, Responsoria brevia, Versiculosque legant, cæteraque de consuetudine ministeria præstent. Eorum autem electio ad quatuor Dignitates, & ad duos Portinarios pertineat; solis prædictis Dignitatibus eorundem habilitatis cognitione reservata. 19. *Synod. Petri Ursini tit. de divinis Officiis. §. ult.*

20. Nequeat Canonicus Thesaurarius rem aliquam de supellectili Sacristiæ nostræ Cathedralis, aut vas ullum sacrum, inconsulto Episcopo, vendere, seu quovis modo distrahere, aut alienare. 20. *Ad præscriptum Extravag. Paul. II. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.*

CAPUT II.

Dies, & tempora, in quibus omnes Canonici Choro interesse debent ad persolvenda Divina Officia.

1. *Synod. Petri Vrsini titulo diebus temporibusve, quibus universo Capitulo in Chorum est conveniendum.*

1. ILlud, præter cætera, ad Divinum obsequiũ, numerisque omnibus absolutum Religionis cultum, ejusque conservationem, & incrementum Capitulo nostro cumprimis est observandum, ut Canonicus quisque novem integris toto anno mensibus Chorum alternè frequentare debeat, reliquis tribus ex Clementis VIII. indultu de Apostolicæ Potestatis plenitudine relaxatis, ut in celebri piæ memoriæ Petri Ursini Episcopi Aversani Synodo disertis verbis, ac luculenta narrationis serie declaratur. Certa itaque mensura adhibita, ac diligenti facta supputatione, subsequentem Tabellam composuimus, ut in ea præscriptis temporibus, ac diebus Conventionis in Chorum totius Capituli, vel Medietatis ejus, à præmorati indulti forma nullæ Vacationes exorbitent, illaque possint omnes, & singuli cum conscientiæ serenitate potiri. Propterea omninò, & inviolatè ei standum esse decernimus, sub pœna amittendi solitas quotidianas distributiones. Tabella autem hæc est, videlicet.

Omnibus Anni Dominicis.

Toto Adventus tempore.

A Feria quarta Cinerum per totum Sabbathum Sanctum.

Feria

Feria Secunda, & Tertia Paſchæ Reſurrectionis.

In Rogationibus Secunda, Tertia, & Quarta Feria.

In Aſcenſione Domini.

In Vigilia Pentecoſtes.

Feria Secunda, & Tertia ejuſdem.

In primis Veſperis Sanctiſſimæ Trinitatis.

In ſolennitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti, à primis Veſperis, & diebus ſingulis per totam Octavam.

In Miſſa Quatuor Temporum, cum Epiſcopus in Cathedrali generales habet Ordinationes.

In Miſſa Anniverſarii diei, in quo Epiſcopus pro tempore obierit.

Prima die non impedita poſt Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum pro Miſſa Anniverſaria Epiſcoporum hujus Civitatis.

Secunda die non impedita poſt eandem Commemorationem in Miſſa Anniverſaria Canonicorum dormientium.

Inſuper in Menſibus.

JANUARII.

1. In die Circumciſionis Domini.
6. Epiphaniæ, à primis Veſperis.
17. Sancti Antonii Abbatis.

20. Sancti

20. Sancti Sebastiani Martyris Patroni, à primis Vesperis.

25. Conversionis Sancti Pauli Apostoli Principalis Patroni, à primis Vesperis.

27. Sancti Joannis Chrysostomi Episcopi, & Confessoris.

28. In Missa Anniversarii.

FEBRUARII.

1. Octavæ Conversionis Sancti Pauli.

2. Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

3. Sancti Blasii Episcopi, & Martyris, manè tantùm.

22. Cathedræ Sancti Petri Antiochiæ.

24. Sancti Matthiæ Apostoli.

MARTII.

Prima Feria sexta Quadragesimæ in Missa Anniversarii.

7. Sancti Thomæ Aquinatis Patroni.

10. In Missa Anniversarii.

19. Sancti Joseph Confessoris Patroni.

25. Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.

APRILIS.

2. Sancti Francisci de Paula.

3. In Missa Anniversarii.

25. Sancti Marci Evangelistæ.

MAII.

1. Sanctorum Philippi, & Jacobi Apostolorum.

3. Inventionis Sanctæ Crucis.

5. Dedicationis nostræ Cathedralis, à primis Vesperis.

8. Apparitionis Sancti Michaëlis Archangeli.

16. In Missa Anniversarii.

26. Sancti Philippi Nerii Confessoris, manè tantùm.

JUNII.

11. Sancti Barnabæ Apostoli, manè tantùm.

13. Sancti Antonii de Padua Confessoris Patroni.

24. Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, à primis Vesperis.

29. SS. Apostolorum Petri, & Pauli, à primis Vesperis.

30. Commemorationis Sancti Pauli Apostoli.

JULII.

2. Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, à primis Vesperis.

14. Sancti Bonaventuræ Episcopi, & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris.

16. In Festivitate Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, manè tantùm.

22. Sanctæ Mariæ Magdalenæ, manè tantùm.

25. Sancti Jacobi Apostoli.

26. Sanctæ

26. Sanctæ Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis

AUGUSTI.

1. Sancti Petri ad Vincula.
4. Sancti Dominici Confessoris.
5. Sanctæ Mariæ ad Nives.
6. Transfigurationis Domini.
10. Sancti Laurentii Martyris.
15. Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, à primis Vesperis.
25. Sancti Bartholomæi Apostoli.
28. Sancti Augustini Episcopi, & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris.

SEPTEMBRIS.

Prima Feria Sexta in Missa Anniversarii.

8. Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, à primis Vesperis.
10. Sancti Nicolai à Tolentino Confessoris, & Patroni.
14. Exaltationis Sanctæ Crucis, manè tantùm.
15. In Missa Anniversarii.
19. Sancti Januarii Martyris.
20. In Missa Anniversarii.
21. Sancti Matthæi Apostoli.
23. In Missa Anniversarii.
29. Dedicationis Sancti Michaëlis Archangeli.
30. Sancti Hieronymi Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris, manè tantùm.

OCTO-

OCTOBRIS.

4. Sancti Francisci Confessoris Patroni, manè tantùm.

18. Sancti Lucæ Evangelistæ.

21. In Missa Anniversarii.

28. Sanctorum Simonis, & Judæ Apostolorum.

NOVEMBRIS.

1. Omnium Sanctorum, à primis Vesperis.

2. Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, manè, etiamsi transferatur.

4. Sancti Caroli Episcopi, & Confessoris.

11. Sancti Martini Episcopi, & Confessoris.

14. In Missa Anniversarii.

21. Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis Patronæ, à primis Vesperis, & per Octavam in Vesperis, & Missis.

25. Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris.

30. Sancti Andreæ Apostoli.

DECEMBRIS.

21. Sancti Thomæ Apostoli.

25. Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, à primis Vesperis, & nocte.

26. Sancti Stephani Protomartyris.

27. Sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ.

28. Sanctorum Innocentium.

31. Sancti Silvestri Papæ.

Matutinum Officium canitur.

IN Festivitatibus Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis Domini, necnon Pentecostes, & Sanctissimi Corporis Christi, ac triduo ante Pascha Resurrectionis, & duobus sequentibus diebus, & etiam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostorum Petri, & Pauli, Conversionis, & Commemorationis ejusdem, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, Omnium Sanctorum, & Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

CAPUT III.

De Parochis.

Capitulares Cōstitutiones de ann. 1586. cap. 6.

QUàm sit sublimis vocatio eorum, qui ad salutem Animarum procurandam destinantur, quadantenus intelligi potest, si mentis oculis consideremus, quantum sit, & quàm eximium, vel unam Animam lucrifacere. Ardua tamèn cura est, & verè Angelicis humeris formidanda, ut in primo Pastorum Principe nobis Redemptor insinuavit; postquam enim tertiò eum de amore interrogavit, ter etiam injunxit, pasce oves meas; apertissimè admonens non unico, sed triplici alimento debere quemlibet Pastorem pascere gregem: Doctrinæ verbo:

bo: ſpirituali Sacramentorum ſubſidio: & converſationis exemplo. Super his habebitur quæſtio, cum arripuerit judicium Deus, & de manu illorum ſanguinem Animarum requiret, quos poſuit ſpeculatores, & Virgas vigilantes in populo. Studeat igitur unuſquiſque ſuſceptum onus pro viribus ſuſtinere,& partes ſibi datas, quarum præcipua capita hìc exprimuntur, diligentèr tueri.

1. Quia prima Parochorum cura eſſe debet, noſſe muneris ſui partes, & intelligere, qua ſollicitudine, qua charitate creditum ſibi gregem ad æterna Cœli paſcua perduci oporteat; propterea ſtatuimus, ut antequam ad reſidentiam gradum faciant, per decem continuos dies in loco à Nobis approbando, ſpiritualibus exercitiis, ſeſe ab omnium rerum terrenarum aſpectu, & cogitatione ſegregatos committant, onerique virilitèr ſubeundo diſponant: quod quippè, ut paulò ſuperiùs prædiximus, Angelicis humeris formidandum Sacrum Tridentinum Concilium vocat.

1. Conc. Prov. Med. S. Caroli part. 3. tit. de examinàdi ratione.

2. Reſidere Parochi intrà ſuæ Parœciæ fines cum Divina Ordinatione teneantur, hoc ipſum eis diſtrictè præcipimus, juxtà Sacrorum Canonum, Sacrique Tridentini Concilii ſanctiones, necnon plurium Summorum Pontificum Conſtitutiones; ut ſpiritualibus Animarum ſibi commendatarum neceſſitatibus propiùs præſtò eſſe valeant. Omnes igitur, & ſinguli in ſua reſidentia tam de Civitate, quàm

2. Cap. Beneficium. de Regul. in 6. cap. Conquerente, & ferè per tot. de Cler. non reſid. Trid. ſeſſ. 6. de Ref. cap. 2. & ſeſſ. 23. de Ref. cap. 1. §. Eadem omninò. Conc. Prov. Neapol. ſub Card. Cantel. tit. 9. c. 4. §. 8.

quàm de Diœcesi per dies, noctesque morentur, Parochiali Ecclesiæ adnexam domum inhabitantes, vel si ea non adsit, aliam intrà suæ curæ limites, dictæque Ecclesiæ viciniorem, sub pœnis in Jure contentis, etiamque ad nostrum arbitrium.

Synod. Petri Vrsini cit. de Parochorum off. & cura anim. §. Quicunque, & §. Quod si Parochus.

Syn. Car. Carafæ cap. 16. §. 12. & 15.

3. Nemini ex Parochis, sine urgenti causa, nostraque in scriptis facultate, à sua residentia abesse liceat ultrà triduum, relicto semper pro Sacramentorum administratione idoneo Sacerdote à Nobis deputando, qui absentis vices, licèt non pernoctaturi interìm substineat. Qui contrafecerit, præter letale crimen, meminerit se non facere Beneficii fructus suos, sed eis privari ad ratam absentiæ: qui fructus, vel in pauperes loci, vel in usum Ecclesiæ à Nobis applicabuntur; aliasque etiam severiores ad nostrum arbitrium se incursurum pœnas.

3. *Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Eorum autem, & §. quandocunq; Trid. cit. sess. 23. de Refor. cap. 5.*

4. *Trid. loc. cit. Conc. Later. 4. can. 32. c. Extirpandæ, §. qui verò. de Præbendis. c. licet. de Elect. in 6. S. Cong. Episc. & Reg. 28. Feb. 1614. in una Tarentina. Conc. Prov. Neap. c. sup. cit. §. 11.*

4. Residentiæ omnibus juribus injunctæ finis, cum non sit nuda Pastorum præsentia, sed ipsorum potiùs vigilantia, sedulitas, ac sollicitudo, gregisque omnimoda securitas, intelligant Parochi, quòd etsi substitutos, seu quemcunque Adjutorem conducant, tenentur nihilominùs per seipsos ovibus sibi commissis adesse; sibique, non mercenariis, ad quos de ovibus non pertinet, eas esse commendatas. Proindè ità resideant, ut, nisi legitimè impediantur, ipsi per se Sacramenta administrent, infirmos invisant, Christianæ Religionis rudimenta doceant, & verbi Dei prædicatione populos instruant; agnoscentes,

non

non ad totalem exonerationem, ſed ad levamen ſe uti poſſe Adjutoribus: nec per alios propriam eorum induſtriam, quæ ex obligatione in Animarum cura circa cuncta miniſteria, & paſtoralia munia requiritur, eſſe ſupplebilem. Secùs facientes conſcientiam habebunt ultricem, ac pro deſidiæ rata fructus reſtituere tenebuntur.

5. Monemus quemcunque Parochum, ut per totum illud tempus, quo ſibi neceſſe non eſt in domo manere, apud Eccleſiam maneat, quò faciliùs in Sacramentorum adminiſtrationis occurſibus à Parochianis quærentibus inveniatur, & repentinis caſibus celeriùs accurrere valeat. Ibi tamen manens non prorsùs otiabitur, ſed vel aliqua per Eccleſiam ipſam diſponet, vel cum ſubjectis ſibi ſpiritualitèr exercebitur, vel de ſanctis libris utilitatem, & ſolatium ſumet.

6. Advertant Parochi ſe eſſe platearum fontes, qui omnes ſitientes venire ad aquas invitent, proindè promptos, ac faciles, quotieſcunque ad Sacramentorum adminiſtrationem vocantur, die, noctuque ſe præbeant, nulla perſonarum exceptione habita: omnes ſine diſcrimine contemplentur: omnibus æquè proſint, quos ope ſpirituali, ac Sacramentorum præſidio indigere viderint: neque ullam commodi ſui rationem habendam eſſe putent: illud ſemper curantes, ut ſine gravi labe vivant, vel de ea ſibi conſcii per confeſſionem, aut ſaltèm per contritio-

6. Synod. Caroli Caraf. c. 16. §. 20. Can. Divinis. 25. qu. 1. Trid. ſeſſ. 6. cap. 2. & ſeſſ. 23. de Refor. cap. 1. Conc. Later. 3. can. 13.

nis

nis actum justificari satagant, antequam Sacramenta ministrent; ne, dum aliis gratiam conferre, & Cœli aditum pandere adoriuntur, se deterius inquinent, ac Beatitudinis januam sibi turpitèr occludant.

7. Syno. Caroli Caraf. loc. cit. §. 17. Can. Si Presbyter. canon. Agnovimus. 26. qu. 6. can. Quicunque de consecrat. dist. 4.

7. Caveant omnes Parochi, ne per eorum socordiam contingat, ut quis è vita Sacramentorum subsidio non munitus discedat, sub pœna carceris ad nostrum arbitrium; & gravioribus, si iterum accidat, usque ad suspensionem, vel privationem Beneficii.

Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 3. c. 1. §. 3. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 17.

8. Iidem singulis mensibus de eorum cura nobiscum, aut cum Vicario nostro Generali sermonem habituri accedant, quidquid in mense apud ipsos evenerit, aut provisione indigeat, nunciantes; ità ut nihil, sua diligentia, & attentione pervestigatum, Nobis non aperiant. Quod si tacendo defecerint, Nos meritò de ipsorum rectitudine suspicabimur, & præter perniciosi silentii culpam, pœnas etiam solvent in Capitibus ad calcem apponendis præscriptas, in quas statìm incurrisse volumus.

8. Synod. Caroli Caraf. d. cap. 16. §. 14.

9. Synod. Caroli Carafa cit. §. 20. arg. cap. ult. dist. 49. & can. Pauper 11. q. 3.

9. Assistant in sedibus Confessionalibus, & cum indifferentia eos audiant, qui confiteri volunt: nec inter personas distinguant, aut in unam potiùs quàm in aliam propendeant, præferendo fortè pauperibus divites, aut hos recipiendo illis exclusis: reminiscentes, quòd sicut non est personarum acceptio apud Deum, ità nec ipsi eam admittere debent, dum Dei in Sacramenti Pœnitentiæ administratione locum tenent.

10. Quin-

10. Quinque libros ad usum Ecclesiæ spectantes habeant omnes Parochi. Primum, in quo referatur census, vel series Animarum per familias distincta. Alterum omnium Baptizatorum, ubi eorundem tum natalitia, tum collati Baptismi adnotetur dies. Tertium, in quo contrahentium Matrimonia, & testium nomina recenseantur. Quartum, ubi facta coram ipsis sponsalia eodem stylo, subque iisdem circumstantiis, ac matrimonia post eorum celebrationem, paginæ commendentur. Quintum verò, in quo commemorentur nomina, & cognomina Defunctorũ. Quibus in libris non utantur notis arithmeticis, sed literis extensis ad annorum, mensium, dierum, & cujuscunque rei numerum exprimendum, ut par. 2. cap. 2. num. 8. dictum fuit. Nec in eis requisiti quicquam immutent sine nostra, aut Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis. Prædictos verò libros clave munitos apud se, ità custodiant, ut nemini pateant: nullique legendos tradant, nisi se præsentibus, quo omnis tum alterationis, tum falsificationis tollatur occasio.

11. In omnibus emolumentis Parochi, Substituti, atque OEconomi locorum consuetudini se conforment; dummodò non sit contraria Taxæ Innocentianæ, quam in toto servari jubemus.

12. Sacrificium Missæ pro populo applicandum esse Parochi sciant; quotidiè quidem si pinguio-

10. Ritual. Rom. in form. scribendi in libris, &c. Synod. Petri Vrsini supra cit. titulo, §. Quinque libros, & §. Nullum autem. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 22.

11. Taxa Innocentiana in Appendice huius Synodi

12. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 1. S. Cōg. Conc. 1. Sep. 1629. & in Ciuit. Castellan. 26. Aug. 1628. ac Hidrunt. 13. Feb. 1639 in Roma. 17. Iul. 1649. In Clusina 20. Iul. 1670. & in Lucana 10. Maii 1681. Conc. Prov. Neapol. sup. cap. 4. de Parochis §. 12. Synod. Petri Vrsini eodem sup. cit. tit. §. Pro animab. Synod. Caroli Caraf. c. 16. §. 4.

guiores Ecclesia det proventus; vel si tenues, singulis saltèm Dominicis, & Festis diebus, juxtà præscriptum Sacræ Congregationis Concilii. Discretio autem inter ipsos proventus eorum conscientiæ remittitur facienda.

13. *Synod. Caroli Caraf. eodem cap. 16. §. 31. & 32.*

13. Hilares eleemosynarum datores Parochi se ostendant in omnes egestate laborantes, sed maximè infirmorum pauperum paternam curam gerant, spiritualibus simul, ac temporalibus eos sublevantes auxiliis, memores ex Ecclesiæ bonis partem elargiri inopibus, & miserabilibus teneri. Quod præterea facere debent, nedum ut ab indigna avaritiæ opinione se subtrahant, sed etiam ut pietatis, & liberalitatis secularibus exemplum præbeant, in quibus misericordiæ tunc virtus augetur, cum per opera magis, quàm per verba Sacerdotes eis illucescunt, Ecclesiasticis præsertìm redditibus locupletes.

14. *Conc. Later. 3. in append. tit. de alien. cap. 2.*

14. De sacra supellectili Templa, & Altaria, prout obligantur, Parochi provideant: & si minùs Ecclesiam sicut sponsam ornatam videre gestiunt, circa necessaria saltèm vereantur illam despicere, ne nobis arbitrariis confundantur pœnis. Quantum verò ad Altaria intrà suas Parœcias, quibus Beneficia sunt annexa, Beneficiatos ipsos de illis providendis admoneant: & ubi nihil egerint, ad Nos, vel ad Vicarium nostrum Generalem pro opportuno remedio recursum habeant.

15. E domo

15. E domo Parochi defuncti quidquam ad Ecclesiam pertinens, per se, vel per alios occupantes, usurpantes, vel sibi appropriantes, à Fidelium communione ipso facto se exclusos intelligant, etiamsi ipsius defuncti Parochi hæredes, aut eidem in quocunque consanguinitatis, vel affinitatis gradu conjuncti extiterint.

15. *Canon. Qui Christi. can. Augustino. & can. Hac huius 12. qu. 2. Conc. Prov. Neap. loc. cit. §. 10.*

CAPUT IV.

De Vita, & Honestate Clericorum.

GRande Clerici nomen, quo Senatus Ecclesiæ, Regale Sacerdotium, & Populus acquisitionis Dominum Cœli hæreditatem suam indicatur possidere, satis superque Vitæ honestatem, morumque innocentiam personis Ecclesiasticis commendat, & injungit. Quicunque igitur ab aliis segregati, tanquam Aaron, delati sunt à Deo in partem Sanctorum in lumine, agnita Dignitate sua, caveant præ omnibus in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Meminerint cujus Principis sint Ministri, & quantùm se aliis intelligunt gradu præcellere, tantùm alios præire integritate contendant. Cumque populorum oculos in se videant esse conversos, adeò innocentèr agant, ut sua ipsorum opera luceant coram hominibus, sicut lucerna posita in candelabro. Dent operam obnixè, ut, quòd nomine

 pro-

profitentur, re exprimant. Dabunt enim voci suæ vocem virtutis, si, quod protulerint verbo, firmabunt exemplo. Sed quia constituit Nos Dominus, ut evellamus, & destruamus, & ædificemus, & plantemus, præsenti capite quæ declinanda sint, quæve adimplenda statuimus.

1. Ecclesiastici omnes habitum gerant talarem, vestem scilicèt, & pallium æqualis longitudinis: capillos deferant non ad indecentiam oblongos, sed tonsos, ità ut aures pateant: & coronam proprio cuique ordini congruentem, eamque conspicuam: nec adscititiis utantur comis, vulgò Perucchini. Qui secùs egerint arbitrii nostri subjacebunt pœnis, etiam carceris formalis: quas illi non evadent, qui in fraudem Sacrorum Canonum, atque Apostolicarum Constitutionum vestem usque ad talos demissam breviori pallio contegunt.

2. Minores etiam Clerici, aut primæ Tonsuræ beneficio aliquo non gaudentes, si ut seculares, aut non cum talaribus vestibus incedent, noverint, se, ultrà prænunciatas pœnas, Clericalibus quoque privilegiis, juxtà dispositionem Apostolicarum Constitutionum, privandos fore.

3. Alii verò, qui Beneficia obtinent, si talares induere vestes, & convenientem habere, ut suprà, coronam dedignentur, pœnis Tridentini Concilii, necnon Constitutionis Sisti V. ac præsertìm privatione Beneficiorum plectendos esse omninò sciant; juxtà

1. *Can. penult. dist. 23. can. 2. & 3. 21. q.4. cap. Clericis. de Vita, & honest. Clericorum. Clemen. Quoniam. de Vita, & honest. Clericorum. Synod. Petri Ursini hoc titulo. Synod. Caroli Carafæ c.13. §.3. & §.5. Conc. Prov. Neap. tit. 9. cap.6. §.6.*

2. *Trid. sess.23. de Refor. c.6. Sixt. V. const. 92. Cum Sacramenta, & constit. Pastoralis de anno 1588.*

4. *Synod. Petri Ursin. hoc eodem tit. Synod. Caroli Caraf. loc. citat. §.5.*

juxtà cujus Constitutionis formam cùm Pensionariis etiam procedetur eodem modo.

4. Iter facientes, aut per campos euntes clericale collare ne deserant, quacunque etiam, tum in vestibus, & pileo, tum circa collum de more laicorum vanitate prorsùs abjecta, sub pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium.

5. Venationi per Sacros Canones vetitæ ne dent operam, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

6. A secularibus negotiis, & à conductione alienorum prædiorum caveant, nec licitatorem, seu mediatorem agant, aut negotiationes exerceant, sub pœnis ad nostrum arbitrium, ultrà eas, quæ à Jure interminantur.

7. Personarum laicarum famulatum ne exerceant, nec earundem Procurationes sive domesticas, sive rusticas suscipiant: sub quibus, aut similibus titulis nec audeant associare mulieres cujusvis conditionis, & gradus, aut eis in quovis loco brachium ad fulciendum præbere, sub pœnis à Nobis severè infligendis.

8. Prohibemus omnibus Clericis delationem cujuscunque generis armorum, sive acuminata, sive ignivoma illa sint, etiam sclopeti venatorii, sive ignem excitet collisione petræ, & chalybis, sive accenso stupario, sub arbitrariis Nobis pœnis.

9. Deferentes semisclopos, sive longiores, vul-

X 2 gò

4. Synod. Petri Vrsin. hoc eodem tit. Synod. Caroli Caraf. loc. citat. §. 5.

5. Cap. Qui venatorib. cum sequ. dist. 56. toto titulo de Clerico venatore.

Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Quod sacri Canones Synod. Caroli Carafæ cit. c. 13. §. 10.

6. & 7. Conc. Prov. Neap. cit. c. 5. §. 11. Synod. Petri Vrsini citato loc. §. Deo militantes cum §. sequ. & §. Fœminas. Synod. Caroli Caraf loc. cit. §. 13.

8. Can. 1. 23. q. 8. cap. Clerici de Vita, & honest. Cleric. Conc. Prov. Neap. eod. cap. 5. §. 9. Syn. Petri Vrsini hoc tit. §. Tametsi Clerici. Syn. Caroli Caraf. d. cap. 13. §. 7. 9. Conc. Prov. Neap. loco cit. Synod. Petri Vrsini, & Car. Carafæ ibidem.

gò Terzette, seu Pistole, sive breviores, vulgò Archibuscetti: item ferreos stylos, vulgò Stiletti: aut Cultellos acuminatos, quos vocant à fronda d'oliva, alla genovese, si cum dictis armis, aut eorum aliquo capti fuerint, vel etiam cum alio simili ex iis, quæ per Pragmaticas Regias prohibita sunt, qui nobiles erunt, carceris formalis per triennium; qui verò ignobiles pœna remigandi in triremibus Pontificiis ad idem spatium mulctabuntur. Ea autem domi servantes, cum ibi reperiantur, ultrà amissionem armorum, etiam carceris formalis pro tempore ad nostrum arbitrium punientur pœna.

10. Nullus omninò Clericorum in domo, vel suæ habitationis, vel aliena à se conducta, aut in viridariis, seu alio quovis loco lusorium conventiculum habeat, seu cum habente participet, aut aliquo modo ad illud alios ducat: potissimum verò ubi taxillorum, aut alearum ludus exercetur: & multò minùs ipsemet ludat: quin etiam nec præfatis in locis spectatores Ecclesiasticis esse liceat, sub pœna carceris formalis; lusoribus quidem, vel de conventiculo, ut suprà, reis per trimestre; spectatoribus verò per mensem.

11. Interdicimus quibuscunque Ecclesiasticis cohabitationem cum fœminis, nisi fuerint in primo, aut secundo consanguinitatis gradu, vel affinitatis in primo tantùm conjunctæ. Ancillis verò opus habentes, cum prædictarum sibi conjunctarum consortio

10. Cap. 1. ne Clerici, vel Monachi. c. Clerici officia. de Vita, & honestate Cler.

Conc. Prov. Mediolan. S. Caroli 1. par. 2. tit. de armis, ludis, &c.

Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 8.

Synod. Petri Ursini eodem loc. §. Taxillos.

Synod. Caroli Carafæ citat. cap. 13. §. 16.

11. & 12. Can. Interdixit dist. 32. c. 1. c. si quisque de cohab. Cleric. & mulier.

Conc. Prov. Neapol. loco cit. §. 10.

Synod. Petri Ursini hoc titulo, §. Castitatis, & §. Verum ne.

Synod. Caroli Caraf. d. cap. 13. §. 12.

sortio careant, & soli, vel cum solis propinquis maribus habitent, nullo modo illas assumant, nisi provectioris, atque anilis sint ætatis, nec sine nostra in scriptis licentia gratis danda, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

12. Multò strictiùs eis prohibemus, ne prostitutas mulieres, vel aliqua impudicitiæ labe notatas, etsi senio confectas in domum introducant, aut admittant: neque ad earum domos accedant, vel alibi cum illis consuetudinem habeant, sub pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium.

13. Noctem oratione, studio, somnoque necessariò transigant, nec eo tempore ullatenus gradiantur. Quocircà si post secundam à lucis termino horam vagantes, aut sine lumine, vel sine clericali habitu reperti fuerint, carceribus mancipandi erunt. Duriùs autem ad nostrum arbitrium punientur, si quavis hora nocturna per plateas, aut vias cantus, vel sonos, & symphonias ediderint, aut laicorum id facientium asseclæ fuerint.

14. Tempore Bacchanalium, nec noctu, nec diu ementito incedant habitu, seu larvam induant, sub pœna carceris formalis per mensem: nec comædiis, aut gesticulatorum ludis adesse audeant.

15. Causidicum, Advocatum, Procuratorem in laico quocunque Tribunali, nullus sive Sacerdos, sive constitutus in sacris, aut Beneficiatus, vel etiam

13. & 14. Can. Clericū dist. 36. cap. cum decorem hoc tit. Conc. Prov. Med. S. Caroli 1. loc. cit. Concil. Prov. Neapol. cit. cap. 5. §. 7. & 14. Synod. Petri Vrsin. hoc tit. §. Cū, §. Personati, & §. In canticis. Synod. Caroli Caraf. d. cap. 13. & §. 8. & §. 17.

15. Can. duo sunt 12. q. 1. can. Cupiens. cum seq. 21. qu. 3. cap. Sacerdotes, ne Clerici, vel Monachi.

simplex

Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 12. Synod. Petri Vrſini hoc titulo. §. Cauſarum, & §. Tutelam. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 19.

ſimplex Clericus agat, exceptis cauſis Eccleſiarum, propriis, aut miſerabilium perſonarum, ut à Sacro Tridentino Concilio permittitur: nec in eis verſentur niſi per Nos, aut per Vicarium noſtrum Generalem in ſcriptis, & gratis facta facultate: quam etiam requiri volumus in tutelis, aut curatelis acceptandis, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium.

Cong. Ep. 14. Iunii 1619.

16. *Synod. Caroli Caraf. eodem cap. 13. §. 2. Conc. Prov. Med. 3. S. Caroli hoc tit.*

16. Nemo non prima ſaltèm Tonſura inſignitus, ſive in Civitate, ſive in Diœceſi abſque noſtra, aut Vicarii noſtri Generalis licentia in ſcriptis Clericalem habitum induere audeat, ſub pœna amiſſionis illius. Clerici autem Minores, qui habitum aliquando dimiſerint, nequeant illum ſine Superioris licentia iterum aſſumere, ſub pœna ad noſtrum arbitrium, etiam carceris.

17. *Conc. Romanum ſub Silveſtro cap. 3. & 11. Trid. ſeſſ. 23. de Refor. c. 5. 11. 13. & 14*

17. Tam Clerici, qui ad ulteriores promoveri Ordines, quàm Sacerdotes, qui ad confeſſiones audiendas approbari cupient, ab utroque ſciant reiiciẽdos, niſi, inter alia requiſita, ſuorum Parochorum juramento roboratam fidem attulerint, & quòd Chriſtianam Doctrinam edocuerint, & quòd Clerici ad ſerviendum in Divinis ſingulis Dominicis, ac Feſtivis diebus deſtinatas ſibi Eccleſias adierint; aliamque præterea tam Sacerdotes ipſi, quàm Clerici à Grammatica licentiati ſimilitèr juratam Præfectorum pro tempore Congregationum Caſuum conſcientiæ Fidem, quòd eas frequentaverint, ſive qualibet Feria quarta apud noſtram Cathedralem, ſive

alia

alia in aliis Parochialibus Diœceseos Ecclesiis stabilita die.

18. *Conc. Prov. Med. S. Caroli 1. titulo 2. Decr. 32.*

18. Nemo de Clero mulieres, aut puellas doceat legere, scribere, canere, sonora, instrumenta pertractare, seu quidquam aliud, non impetrata à Nobis, vel à Vicario nostro Generali in scriptis facultate, sub pœnis ad nostrum arbitrium, etiam carceris formalis.

19. *Synod. Petri Vrsini loc. supracit. §. Superpelliceo. Synod. Caroli Caraf. eodem c. 13. §. 9.*

19. Nulli aut Clerico, aut alterius gradus Ecclesiastico liceat extrà sacras Ædes cum superpelliceo, aut aliis suo ordini, officio, vel dignitati convenientibus insignibus apparere, exceptis publicis functionibus supplicationum, Processionum, & consimilium, sub pœna ad nostrum arbitrium.

20. *Conc. Carthagin. 4. c. 57. Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Quod Carthaginensis, & §. Convivia. Synod. Caroli Carafæ cit. c. 13. §. 14. & §. 17.*

20. Tabernas, Cauponas, seu Diversoria, nisi itineris causa, non ingrediantur: & tunc cum fœminis non conversentur, sub eadem nostri arbitrii pœna. A Choreis item, Tripudiis, & Saltationibus tum publicis, tum privatis prorsùs abstineant. Et si quando propinquorum nuptias interesse necessitas cogat, non modò Clericali splendori parcant, sed eas temperantiæ, ac modestiæ exemplo sanctificare contendant.

21. *Can. Nullus Presbyterorum. can. Nō oportet. de consec. dist. 5. Conc. Prov. Neapol. cit. cap. 1. §. 13. Synod. Petri Vrsini eodem sup. cit. tit. §. Omninò autē, & §. Latronum.*

21. Criminosorum, & impiorum, ac minùs christianè viventium hominum commercia declinent: illa potiùs appetentes consortia, & enixè quærentes, quæ cum ejusdem Hierarchiæ viris, & strictioribus, ac sanctioribus religiosis, non sine sui nominis

minis

minis laude, & ſpiritualium fructu deliciarum haberi poſſunt. Cum Banditis, Exulibus, ſeu Proſcriptis nec familiaritatem habeant, nec amicitias nutriant, nec hoſpitalitatem ullo titulo etiam commiſerationis exerceant; multòque minùs eorum, vel aliorum quorumcunque aut literas pro extorquenda pecunia in relaxationem Captivorum, quos detinent, ſeu quovis modo minaces conſignandas accipiant, vulgò Cartelli di ricatto, aut voluntatem eorum oretenùs nunciare præſumant. Quod tamen ſi ex coactione, ac violentia evitare nequeant, ſtatìm nobis deferant, ſub pœna carceris formalis ad noſtrum arbitrium.

22. *Synod. Petri Vrſin. ibidem §. Caveant præterea.*

22. Haſtas præpilatas, quas appellant Pirocche, aut ad pilas impellendas efformatas, vulgò Magli, ſive ferro munitas, ſive non, neque pro ludendo ad manus habeant, neque per Civitatem, aut Diœceſim unquam deportent, ſub pœna ad noſtrum arbitrium.

23. *Trid. ſeſſ. 22. de Ref. cap. 1.*

23. Agnoſcat tandem ſecularium Univerſitas quantum Eccleſiaſticis, quicunque ſint illi, cultum, venerationemque debeat, & à Beatiſſimo Franciſco diſcat Filium Dei in ipſis contemplari. Dii enim ſunt, & Filii excelſi omnes, necnon Pupilla Divini oculi, ut ſacra declarant eloquia: ac propterea Militiæ Ducibus, ſive Præfectis, ac Principibus ipſis diademate coronatis majorem poteſtatem habent, ſub qua, ut fiant Deo noſtro Regnum, omnia Mundi curvari oportet Imperia.

CA-

CAPUT V.

De Seminario Clericorum.

REcta, virtuosa, & omnibus numeris absoluta Adolescentum Institutio adeò Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Patribus cordi fuit, ut nil magis, quàm Seminariorum erectio, ac propagatio, Episcopis commendatum, arctèque injunctum esse voluerint: è quibus ad spiritualem populorum utilitatem, exemplaritatis, doctrinæque pignora nunquam defutura perpetua successione proveniant. Cum igitur ex demandatæ sibi sollicitudinis zelo Seminarium in hac Civitate Prædecessores nostri fundaverint, in quo, ubi commissam Nobis Ecclesiam regere cæpimus, Alumni non plures quatuordecim, & quinque dumtaxat Convictores educabantur: cumque valdè majori Diœcesim nostram indigentia premi animadvertissemus, quàm ut præstricto illo numero levaretur, tenuitatem nostram in ejus multiplicationem extremo conatu intendimus, cui Dominus ob infinitam suam clementiam, non nostris meritis, cœlestem dignatus est benedictionem impartiri. Tota enim, quæ ibi plurimùm aucta, ad præsens Juventus inhabitat, mirum in modum, notabilique incremento, Ecclesiastica virtute, ac literaturæ ornamento fælicitèr coronata

conſpicitur. Quam quidem juxtà ſingulorum ætates in quinque partiti ſumus Claſſes, earum cuilibet prudente, ac pio Sacerdote in Præfectum aſſignato, qui eos in ſpiritu dirigat, ac in cura ad perfectam eorundem educationem neceſſaria, diebus, ac noctibus vigilem ſe præbeat. Utque in omnigena facultate inſtrui poſſint ad prædictarum Claſſium capacitatis menſuram, Magiſtros, & Lectores conſtituimus, Grammaticæ ſcilicet, Cantus Gregoriani, Humanarum literarum, Rhetoricæ, Philoſophiæ, Theologiæ tum Scholaſticæ, tum Moralis, necnon Canonici, & Imperialis Juris, ac etiam Artis ſcribendi. Diſcretam illis vivendi rationem, ac regulam ſtabilivimus, quo libentiùs, & alacriùs eorum peragendis exercitiis, tolerandiſque laboribus, & abſque ulla moleſtia vacare poſſint. Qui hodierna die Seminarium incolunt adoleſcentes, & pueri nonaginta duo ſunt: viginti duo nempè Alumni, & ſeptuaginta Convictores: præter quos & Rector, & quinque Præfecti, & plures famuli, ita ut omnes ad ſex ſuprà centum aſcendant, qui præfati Seminarii ſumptibus ſubſtinentur. Inſuper pro eorundem regimine, rectaque Seminarii adminiſtratione, præter ſpeciales à Nobis particulari Synopſi efformatas Regulas, ſequentia quoque Decreta ad optimam eorundem directionem ſervari præcipimus.

1\. *Colligitur ex Trid. ſeſſ. 23. de Ref. c. 18.*

1\. Omnes Alumni antequam in Seminarium recipiantur, & qui jam recepti id fortè non adhuc ege-

egerunt, obligabunt se in forma valida medio juramento, & cum fidejussione personæ Ecclesiasticæ idoneæ, ad permanendum in eo, donec Nobis videatur, & placeat, parati parere nostro nutui, & amplecti cuncta pro Animarum adjutorio spiritualia munia eis per nosipsos destinanda, sub pœna restituendi eidem Seminario alimenta percepta, sumptusque omnes pro ipsis factos ad rationem annuorum ducatorum saltèm triginta sex: cujus restitutionis clausulam in Instrumento fideijussionis expresè concipi statuimus.

Instructio S. Caroli ad Seminarii Regim. pertin. part. 5. c. 10. §. Nullus. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 10. c. unico. §. 10. Synod. Petri Vrsini hoc titulo, §. Verum cum Collegium.

2. Admittendi ad Convictum in dicto Seminario, in quodlibet trimestre anticipatè teneantur solvere ratam præfatorum ducatorum ad minùs triginta sex annuorum, seque obligare etiam cum fidejussione personæ Ecclesiasticæ idoneæ ad eodem modo deinceps continuandum. Quæ quidem solutio anticipatè facta, seu facienda semper sit integra, quamvis post paucos dies Convictor è Seminario foret egressurus, ità ut trimestre inceptum habeatur pro completo, excepto tamen infirmitatis casu, aliave urgente causa ab Episcopo examinanda. Tempus autem infirmitatis pro medietate excomputandum erit, cum ipse Convictor ad Seminarium revertitur, si per Medici juratum testimonium, & à proprio Parocho subscriptum, se ultrà quindecim dies ægrotasse constare fecerit.

2. S. Carol. in supracit. Instruct.

3. Sive Alumnorum, sive Convictorum admis-

3. Trid. loc. cit.

Synod. Petri Vrsini ibid. §. In admittendis, cum §.sequent. Synod. Caroli Carafa c.17. §.5.

sionem sempèr diligentissima de utrorumque legitimis, honestisque natalibus, ac de vita, & moribus perquisitio præcedat. Et primum quidem caput sufficientèr probabitur per duplicem Rectori præsentandam Fidem, Matrimonii nempè Parentum, & sui cujusque Baptismatis. Secundum verò non nisi per ejus, & eorum relationem, cui, vel quibus à Nobis idipsum demandatum fuerit. Præter has tamen conditiones nulli unquam recipiantur absque nostro beneplacito, & licentia in scriptis.

4\. *Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Qui levi corporis.*

4\. Quos infirmari contigerit, nisi post triduum, è Seminario ne discedant; quo tridui tempore invigilet Rector, ut Medicus præstò sit, cunctaque eis medicamina necessaria subministrentur. Si autem extranei fuerint, nec propriam, quo ducantur, domum habeant, ibidem toto infirmitatis tempore curentur, & pro pharmacis transacto triduo quicquid erogandum erit de proprio solvere teneantur, prout Rector prudentèr censuerit.

5\. *Synod. Petri Vrsin. cit. tit. §. Domo verò ipsa, & §. Domi se.*

6\. *Concil. Prov. Neapol. loco cit. §. 13. S. Carolus in Instruct. Seminarii c. 7. §. Cũ aliqua.*

5\. Nunquam liceat Seminaristis tam Alumnis, quàm Convictoribus extrà Seminarium pernoctare sine nostra expressa, & in scriptis concedenda facultate. Absentibus verò Nobis à Diœcesi, eam impartiri Rector poterit, de consensu tamen Canonicorum Deputatorum. Qui autem ultrà præscriptos sibi dies redire tardaverint, per Rectorem severè corrigantur, qui etiam ejus rei Nos faciet certiores.

6\. Extremis Bacchanalium diebus eosdem proprias

prias petere domos omnimodè prohibemus. Si autem per annum vacationes aliquas obtineant, ad Seminarium remeantes Rectori fidem afferre debeant, quod Doctrinam Christianam in suis Parochiis edocuerint, vel eos docentes audiverint, quodque minimùm singulis diebus Dominicis confessi fuerint, & sacra communione refecti: semperque sive in suam domum euntes, sive inde redeuntes propinquum aliquem ex strictioribus, aut aliam Rectoris judicio personam comitem adhibeant.

7. Feriantibus eisdem nunquam se mutuò invisere, aut invicem sociari liceat; cum Parocho tamen ejus loci, ubi morantur, quousque separentur, possint unà incedere, & conversari.

7. D. Carolus in Instruct. pro Seminar.

8. Quoniam Seminarii Institutio rectum Cathedralis servitium, atque decorem respicit inter principaliores suos fines, statuimus, cunctis Dominicis, festisque de præcepto diebus, aliisque, ad nostrum arbitrium, pro celebritatum exigentia temporibus, necnon quotiescunque Capitulum processionalitèr incedit, Seminaristas saltèm per aliquam eorum competentis numeri classem Divinis Officiis, Missæque solenni, ac Vesperis interesse: itemque Episcopo sacrum facienti, aut functionem aliam habenti omnes assistere debeant, nisi eidem alitèr videatur. Quo tempore summam ostendent compositionem, atque modestiam, in ea solum intendentes, ad quæ applicabuntur munera, ab omni locutio-

8. Ex citat. Instruct. S. Caroli part. 3. cap. 3. Synod. Petri Ursin. hoc titulo, §. Quibuslibet, & §. sequ.

tione inter se,& cum aliis abstinentes: solisque Chori Præfecto, & Ceremoniarum Magistro in iis, quæ ad Ecclesiastica ministeria pertinent, obtemperantes. Dum verò aliqua eorum Classis Cathedrali inservit,in Seminarii Sacello,qui ibi remanent,Missam canant, aliisque domesticis conferentiis, ceremoniis, & functionibus Ecclesiasticis se exerceant.

9. *Trid. cit. sess. 23. cap. 18. vers. quæ omnia. Synod. Petri Ursini. §. Omne Seminarii. Synod. Carol. Caraf. cit. c. 17. §. 8.*

9. Esto Seminarii Gubernium vigilantiæ solummodo,& sollicitudini Episcoporum commissum sit per Sacrum Tridentinum Concilium;ad ejusdem nihilominùs præscriptum, in Seminarii nostri Administratores, seu Deputatos eligere Nobis visum fuit duos ex antiquioribus, & gravioribus nostri Capituli Canonicis, Admodum Reverendos D. Antonium Merenda Decanum, & D.Josephum Ghiaccio Cantorem,quorum voto, & consultatione(non quidem coactè, cum omnia præstandi, quæ coram Deo meliora putabimus, penes Nos sit plena, independens, liberaque potestas)operationes nostras ad majorem Dei gloriam, locique tam pii utilitatem regulare possimus. Ipsi igitur, quorum integritati, & prudentiæ, plurimo apud Nos experimento compertæ, valdè confidimus, seriò super universis invigilent à Nobis pro Seminarii conservatione, & progressu ordinatis, tam in præsenti Synodo, quàm in Regulis particulari Synopsi præscribendis, ut fidelitèr, & inviolatè serventur: & siqua opportunè abolenda sibi innotuerint absurda,Nos de remedio consulant.

10. Præ-

10. Præcipua eorum cura erit,ut exigantur reditus, census, aliæque pecuniæ Seminario debitæ: ut pretia locationum augeantur, ut prædia, arbusta præsertìm,in melius semper proficiant: ut fructuũ ipsius Seminarii valorem benè calleant, eorumque venditionem fieri non sinant,se, nobisque inconsultis: ut annona necessaria ad substentationem Seminaristarum, aliorumque ejus loci Officialium, suis quibusque temporibus,& sumptu parciori comparetur: ac demum insurgentibus aliquando litibus, aut juribus Seminario beneficium, & commodum conferre aptis, totum in illis cogitatum impendant: deque cujuscumque momenti negotiis, ut opus fuerit, nobiscum communicent. *10.11.& 12 Synod. Petri Vrsini. §.Invigilent,cum pluribus §§. sequ. Synod.Caroli Caraf.loc.cit.*

11. Semèl saltèm in mense teneantur Nobis præsentibus congregari ad exigendam à subalternis Ministris expensarum, quas fecerint, accuratam rationem. Et in nostra à Diœcesi absentia ipsimet hoc præstent, ut posteà Nobis referant.

12. Non minori solertia binis quibusque summùm mensibus conveniant, ut scholas visitent, juvenumque examen coram se haberi jubeant, uniuscujusque in studio profectum, ac indolem vestigantes. Quod nostro quoque interventu fieri aliquando conabimur, quo & scientiarum aptiores promovere methodos, & quemlibet juxtà proprii captus mensuram applicare possimus.

13. Quotiescunque dè Ministrorum electione,

aut expulsione agendum erit, si eæ non fuerint à Nobis ordinatæ, nemo se ingerat, nisi scientibus, & consentientibus Canonicis Deputatis.

14. Tota, quæ ad Seminarium pecunia proveniet sive ex frumenti, aut aliorum fructuum venditione, sive ex censibus, annuisque redditibus, sive ex Convictorum præstationibus, aut alio quocunque modo, & quæ ex ea portio Rectori mensatìm pro occurrentibus quotidianis expensis, nonnisi Episcopo per schedulas ordinante, Deputati tradiderint, in volumen per eosdem referatur dati, & accepti, de utroque in annos singulos rationem Episcopo, juxtà formam à Sacro Tridentino Concilio præscriptam, reddituri. Pro conservanda verò dicta pecunia habeatur in Seminario Arca penes Rectorem duabus omninò diversis clavibus munita, quarum Deputatus quisque suam apud se retineat.

Trid. sess. 23. cap. 18. vers. Rationes autem.

15. Quæ circa spiritualem eorundem Alumnorum, & Convictorum directionem hìc deberent annecti, utpotè uberrimè, & diffusè sancita in præfata Regularum Synopsi, jure omittimus, atque ibi præscripta omninò servari mandamus.

CAPUT VI.

De Regularibus, & Exemptis.

INter secularem Clerum, & Regularem beata Episcopi dormitione quiescunt, cum Ecclesiæ

clesiæ columba, quam sibi desponderunt in fide; pennas deargentatas à primo, & posteriora dorsi in pallore auri habet ab altero. Illud itaque Nobis optãdum, ut Sacrorum Ordinum Professores, quos de nationibus congregatos unius moris Deus inhabitare facit in sancta sua claustrali domo, sint aurum mundum simile vitro mundo: ità ut nunquam obscurentur, nunquam in eis mutetur color optimus; sed exemplo doctrinæ, & disciplinæ, omnisque religiosæ virtutis radiis coram Deo, & hominibus luceant, quo & cor nostrum devotione nimia in eos propendens fortiùs ad se trahant, & charitas, qua eos ut coadjutores nostros idoneos, & laborum nostrorum participes complectimur, apud Nos jugitèr ipsis cooperantibus augeatur. De eorum autem erga Nos obsequio, & obedientia circa plura, in quibus Authoritati nostræ Ordinariæ, vel Delegatæ subiiciuntur, commonefacientes ipsos, hæc adimplenda decernimus.

1. Regulares cujuscunque Ordinis, aut Instituti nullo modo ad ea se extendant, quæ ad Parochos spectant, vel Parochialibus Juribus sunt adnexa: ut sunt Sacramentorum administrationes, benedictiones, & aliæ quælibet Ecclesiasticæ functiones, quæ non nisi Parochis ex officio conveniunt, & Regularibus ipsis per Sacros Canones, Summorum Pontificum Constitutiones, & Sacrarum Congregationum Decreta prohibentur, sub pœnis, & censuris, quarum

1. Constit. Greg. XV. Inscrutabili, quæ est 18. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 11. cap. 2. §. 10.

ab eiſdem Nobis eſt conceſſa facultas infligendarum.

2. Nullus laicus expleto ſeptennio Religioſum cujuſvis Ordinis habitum aſſumat, vel gerat, nec etiam ſub voti, aut devotionis prætextu.

3. Nova Monaſteria, Conventus, ſeu Domos Religioſorum, aut Religioſarum in Civitate noſtra, & Diœceſi erigere nemini liceat, niſi præcedente noſtra permiſſione, aliiſque de Jure requiſitis concurrentibus.

4. Expreſsè prohibemus Regularibus cunctis utriuſque ſexus tum Civitatis, tum Diœceſis, ne per ſe, vel per alios invitationes faciant ſecularium occaſione Feſtorum, quæ in ſuis Eccleſiis celebrantur, ut par. 3. cap. 2. num.9. dicebamus; nec per eaſdem Eccleſias quibuſvis perſonis eſculenta, vel poculenta miniſtrent, aut miniſtrari faciant, ſub pœna Interdicti ſuarum Eccleſiarum: quarum valvas in Feſtis prædictis poſt ſignum Salutationis Angelicæ de ſerò ſtatim claudi mandamus.

5. Noverint Regulares ſe citrà lethalem culpam non poſſe ad Monaſteria, quantumvis ſuæ curæ ſubjecta, vel quomodolibet exempta, accedere, aut Moniales, ſive alias ibi degentes, nec etiam ad modicum tempus, ullatenus alloqui. Quare, ſi alitèr abſque legitima licentia, cujus non ad eorum Superiores, ſed ad Nos conceſſio ſpectat, ac extrà caſus à Jure permiſ-

2. *Ex literis S. Congreg. de mandato Vrbani VIII. ad Cardin. Boncomp. 10. Ianuarii 1627. Conc. Prov. Neapol. loc. cit. §. 13.*

3. *Can. Quidem. cum ſeq. 18. q. 2. cap. Cum olim. de Privil. cap. fin. de Relig. domib. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 3. Clem. VIII. cõſt. 99. Quoniam. Greg. XV. conſt. 31 Cũ alias. Vrbanus VIII. conſt. 25. Romanus. Innocent. X. conſt. 27. Inſtaurãdo. Conc. Provinc. Neap. loc. cit. §. 12.*

4. *Ex lit. Sacr. Congr. Epiſc. de mandato Innocen. XI. 22. Ianuarii 1677. & 20. Sept. 1683. & 1. Octob. 1684.* 5. *S. C. anno 1590. ex mandato Sixti V. S. C. 9. Apr. 1583. S. C. C. relata à Pignatell. tom. 10. conſ. 96. n. 3. Die 11. Maii 1669. S. C. C. in una Viterben. 26. Iun. 1627. relata à Lantuſca in Theat. Reg. verb. Epiſc. n. 3.*

missos, alitèr attentare præsumpserint, ultrà mortalem reatum, excommunicationi quoque latæ sententiæ, Nobisque reservatæ, eos subjacere volumus; à qua per suos præfatos Superiores, nisi à Nobis habita facultate, absolvi non possint: præterea aliis etiam à Nobis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, afficientur pœnis, ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, & Sacræ Congregationis Cõcilii declarationum, ac nuperrimæ præsertìm à Clemente IX. approbatæ, in præsentis calce Synodi apponendæ.

6. Noverint item Superiores Regulares, quibus Monasteriorum Sanctimonialium cura, & regimen quovis modo incumbit, se non posse illarum Clausuram ingredi, nisi ex causa visitationis localis, & hoc semèl tantùm in anno; ità ut in eo anno in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à visitatione hujusmodi se omninò debeat abstinere. Quòd si ob Clausuram, vel aliam urgentem, & necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non alitèr ingredi posse sciat, quàm nobiscum, aut cum altera persona Ecclesiastica boni exempli, & maturæ ætatis à Nobis specialitèr deputanda, prout ex Bulla felicis memoriæ Alexandri VII. post hujus finem Synodi apponenda, quam, sub injunctis in ea pœnis, inviolatè servatam volumus.

6. Const. Alex. VII. 156. Felici Sacrarũ edita 20. Oct. 1664. Conc. Prov. Neap. cit. loco. §. 6.

7. In præfata autem visitatione Superiores ipsi Regulares modum in eadem Bulla præfixum nullatenùs excedere præsumant: maximè circa Visitationem personalem, quæ ad Crates fieri debet, & non intrà Clausuram Monasterii:& circa sociorum ejusdē ordinis usum, qui non possunt esse plures, quam duo, si visitet Generalis; si autem alius à Generali, unus tantùm, exclusis quibuscunque aliis, etiam ratione officii.

7. Const. Alex. VII. citat. ex Decr. S. Cong. Conc. die 25. Iulii 1666. Conc. Prov. Neap. eodem loco. §. 7.

8. 8. Confessarii Monasteriorum Monialium eisdem Regularibus subditorum, sive ordinarii, sive extraordinarii illorum septa ingredi minimè audeant, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus: necnon ad commendandam Animam agonizantium, semperque cum socio probatæ vitæ, & maturæ ætatis, in ea Monasterii parte intereà manente, qua Confessorem videre, & ab ipso vicissìm videri semper possit ad tenorem præmemoratæ Bullæ, cujus, & eorum etiam, quæ à Nobis par. 2. cap. 5. de Sacramento Pœnitentiæ quoad hoc determinata sunt, perfectam, sub debitis pœnis, observantiam exposcimus.

8. Ex cit. const. Alex. VII. Greg. XIII. const. Dubiis de anno 1575 Conc. Prov. Neap. ibidem §. 8.

9. 9. Electioni Abbatissarum, seu Præfectarum ipsis Regularibus subjectarum, cum liberum sit Nobis, vel per Nos ipsos, vel per aliam personam Ecclesiasticam interesse, & præsidere, jubemus, ut Superiores Regularium, ad quos spectat, Nos opportunè

9. Constit. Greg. XV. Inscrutabili de anno 1622. S. Cong. Conc. in Decr. impresso anno 1626.

tunè præmoneant de prædictæ electionis die, & ad præfinitum usque tempus Nos, aut Deputatum à Nobis expectent;alias in ipsos animadvertendi data Episcopo à Sacra Congregatione facultate utemur.

10. Novitii, & Novitiæ Monasteriorum, seu Conventuum successionis capacium, qui renunciationem bonorum, aut hæreditatis ad favorem alicujus personæ facere intendunt, id non nisi ad S.T.C. præscriptum omninò faciant.

10. Trid. sess. 25. de Reg. c. 16.

11. Tam Regulares, quàm Laicorum Confraternitates in eorum Ecclesis, aut Conventibus erectæ à Processionibus extrà sua Claustra faciendis, absque speciali Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel nostra, aut Vicarii nostri Generalis licentia, prohibentur; non obstante qualibet consuetudine in contrarium, juxtà pluries à Sacra Rituum Congregatione definita.

11. S. Rit. Congr. in Aret. 19. Maii 1614. & 20. Iulii 1620. Infirman. 15. Decemb. 1632. & in Hispalen. 26. Febr. 1628.

12. Regulares vocati ad exequias Defunctorum, etiam in propriis eorum Ecclesiis tumulandorum, juxtà resoluta per Sacras Episcoporum, & Regularium, ac Rituum Congregationes, necnon juxtà immemorabilem etiam hujus Civitatis, & Diœcesis consuetudinem, in Cathedrali priùs conveniant, ut indè cum Capitulo ad domum defuncti procedant. Quod si Capitulum non sit vocatum, ad Ecclesiam Parochialem, intrà cujus limites Defunctus existit, ire pergent, undè posteà cuncti cum Parocho processionalitèr ad Defuncti domum, cu-

12. S. Rit. Congr. 15. Decemb. 1632. Sacr. Congr. Episc. & Reg. 26. Aug. 1616. & 13. Nov. 1600. Synod. Petri Ursini tit. de Funerib. & Sepulturis, §. Funeris causa, & §. Si Cathedralis.

jus

jus cadaver associaturi erunt, proficiscentur.

13. *Synod. Petri Vrsini tit. Casus reservati Episc. Aversano, &c. §. Ac si quis.*

13. Synodalibus Prædecessorum nostrorum Decretis inhærentes, ipso facto ab audiendis Confessionibus suspendimus, & ipso facto suspensos declaramus Confessarios omnes delegatos tam Seculares, quàm Regulares, qui falsum de alicujus confessione, Paschatis tempore, aut alio quocumque, testimonium in scriptis perhibebunt.

14. *S. Cõgr. Conc. 2. Iul. 1621. S. Cong. Episc. 25. Augusti 1635.*

14. Ad tollendas devotarum gentium offensiones, & Religiosorum mendicantium inter se invicem dissidia, & perturbationes de die in diem ex eo suborientes, quòd nedum à vicinioribus, sed à remotioribus quoque Diœcesibus in hanc nostram confluunt plures, & plures ejusdem Instituti Quæstuatores, quorum frequentiam fastidientes populi eos contemnunt, eisque exprobrant non sine sacri habitus ludibrio, derisu, ac vilipendio: districtè præcipimus Parochis omnibus, & Vicariis Foraneis, ut exceptis Quæstuatoribus Terræ Sanctæ ex Ordine Divi Francisci, nullos alios unius, ejusdemque Instituti Fratres mansionem legitimam in hac nostra Civitate, aut Diœcesi notoriè non habentes, per Campaniam, vel per Casalia quæstuare patiantur, nisi licentia speciali suorum Prælatorum Provincialium, aut Generalium, à Nobis, vel à Vicario nostro Generali priùs recognita, & subscripta suffulti incedant: quam prædictis Parochis, & Vicariis Foraneis ad omnem eorum requisitionem ostendere teneantur:

tur: adhibito ad hoc omni remedio, etiam carcerationis, & ablationis eleemosynarum ab ipsis collectarum, quæ in utilitatem Conventuum sui Ordinis in hac nostra Civitate, vel Diœcesi existentium respectivè applicandæ erunt.

15. Superiores Regulares Mendicantes plures in hac nostra Diœcesi suæ Jurisdictionis Conventus habentes quæstuationis limites inter eos partiantur, ne eorum Fratres confusè quæstuantes sæpiùs cum scandalo discordent alternæ invidiæ causa; quæ utique removebitur, cum alter alterius confinia non attigerit; aliàs à Nobis erit providendum.

16. Vltrà ea, quæ hìc, & alibi præsertìm circa confessiones, conciones, publicas supplicationes de Regularibus hucusque sancivimus, debent etiam ipsi obedientiam suam in sequentibus Nobis ostendere, nimirùm, ut nostras in suis Ecclesiis affixas Censuras, cæteraque præmonitiones acceptent, imò & publicent. Ut dies festos in hac Diœcesi servent, atque tueantur, in quo eos renuentes censuris compellere possumus. Ut Sacrum Infirmorum Oleum non aliundè, quàm à Cathedrali petant. Ut in Sabbatho Sancto, nisi dato à Cathedrali in Civitate, & à Parochiali in Diœcesi signo, suas campanas non pulsent, sub Interdicti pœna, & per Leonem X. impositam mulcta. Ut, nisi præsente Parocho, aut alio, qui ejus locum substineat, cadavera Defunctorum non efferant, nec eadem in domo, aut per viam aqua

16. *Trid. sess. 25. de Regular. cap. 12. Clem. 1. de Privileg. Leo X. in Concil. Lateran. sess. 11. & constit. 4. Dum intra. Gregor. XV. const. 18. Inscrutabili. Conc. Prov. Med. 6. tit. de sacris Oleis. Synod. Petri Vrsini tit. de Campanis. §. Et quoniam. Leo X. in sua const. de anno 1518. S. Rit. Congr. 19. Februar. 1608. Ex Dec. Sacr. Congr. Episc. & Regul. 12. Ianu. 1604. S. Rit. Congr. 11. Decemb. 1613. & 28. Aug. 1615. & 18. Febr. 1617.*

aqua benedicta aspergant, nec solitas intonent preces. Ut in Sanctissimi Corporis Christi Festivitate, cujus celebritas ea die solis Ecclesiis majoribus conceditur, à solenniis, & Processionibus in suis Ecclesiis abstineant. Ut Infantes sacro fonte in propria, aut aliena Ecclesia non abluant. Utque demum quemquam ex nostris subditis, cujusvis privilegii prætextu, à casibus Nobis reservatis, nisi Jubilei beneficio, aut speciali à Nobis obtenta facultate, juxtà Sanctæ Sedis Apostolicæ Declarationes,& Sacrarum Congregationum Decisiones, nullatenùs unquam absolvant.

S.Cong.Episc. 27.Iu.1615. Clem.un.de Baptismo, & eius effectu. Ritual.Rom. tit. de Bapt. Conc. Prov. Neap.cit.tit. 3.cap.2.§.4. Constit.Greg. XV.cit.Conc. Prov. Neap. tit.11.cap.2. §.10. Clem.X. constit. Superna de anno 1670 xi.Kal. Iulii. S.Cong. Episc. de mandato Clem. VIII. an. 1601. 9. Ianuarii, & anno 1602. 29.Novemb. & de mand. Pauli V. anno 1607. 7. Ian. & Vrb. VIII. 1628. 27.Novemb.

17. Quivis Civitatis nostræ, & Diœcesis Regulares, iique præsertìm, qui à Nobis ad Fidelium confessiones audiendas approbati existunt, præsentes nostras Synodales Constitutiones apud se habere, illasque frequentèr, & non sine animi attentione legere curent, ad effectum omnia, & singula in eis ordinata religiosè, & ad amussim servandi.

CAPUT VII.

De Monialibus.

Quamquam debiti officii ratio,& benevolentis animi vis ad Dei Ministros, nostræque curæ Pastorali Coadiutores, præcipuo amore prosequendos provocare Nos consueverit; non me-

mediocris tamen paternæ charitatis affectus erga Religiosissimas Virgines, quæ sacris inclusæ parietibus pudoris perpetuò servandi sponsione Deo se devoverunt, acri quodam stimulo jugitèr nos excitare videtur. Et quidem meritò excitat, quia sacros christianæ militiæ Duces, laboris nostri socios, mirificè adjuvant. Cum enim illi importunum Animarum hostem vigiliis, prædicationis impetu, Sacramentorum armis oppugnant; hæ precum piarum classico certamen intendunt, animum restaurant, vires adiiciunt, & tanquam Filiæ Hierusalem orationis cantu Davides suos non solùm triumphantes excipiunt, sed & pugnantes hortantur, & juvant ad victoriam, quam ab exercituum Deo sponso suo amantissimo valent, & solent impetrare. Et quia intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua, nihil intentatum Nobis relinquendum est, ut, quo decet præsidio, hortum conclusum servemus, ubi commoratur qui pascitur inter lilia. Cœlestium profectò spirituum quidquam Nos habere oporteret ad hujus custodiam Paradisi: & quoniam quæ non nubunt sunt sicut Angeli Dei, aliquid etiam suprà Angelicas Virtutes habere deberemus, quos Deus constituit custodes Angelorum: pro iis tamen viribus, quas hominibus, præcipuè verò Animarum Pastoribus Dominus ex alto impertitur, enixè studebimus, ut purissimæ illæ Animæ sentiant sibi in his Decretis auxilium nostrum non defuisse.

1. 1. Illud Moniales ad majorem Dei gloriam summo studio curent, & continuò in corde habeant, ut tria, Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis, quæ emiserunt vota, quamque professæ sunt Regulam perseveranter observent. Ne verò ipsius Regulæ, vel apex ab earum memoria decidat, singulis sextis Feriis in plena mensæ communitate eam legi indispensabilitèr mandamus.

Synod. Caroli Caraf. c. 20. §. 2. Synod. Petri Vrsini tit. de Monialibus, §. Paupertatis, & §. Regulas.

2. 2. Nisi ex legitima causâ ab Abbatissa, & Confessario Monasterii Ordinario cognita, & probata aliqua ex Monialibus eximenda sit, omnes quotidiè ad recitationem Divinorum Officiorum juxtà earum Institutum in Choro conveniant: nec ulli deindè, absque illius, quæ præerit venia, discedere liceat. Manè verò saltèm per medietatem horæ orationi mentali vacent: diebus singulis Missæ Sacrificio intersint: & vespere antequam cubitum eant, propriam conscientiam diligentèr examinent, & per veræ contritionis actus ad cœlestis amorem sponsi se magis, ac magis inflamment.

Synod. Caroli Carafæ loco cit. §. 4. Synod. Petri Vrsini cit. tit. §. Divinas. §. Matutino. §. Missæ. §. Vesperi.

3. 3. Ut vegetanti spiritu facta carnis mortificare, sensusque inferiores superioris rationis dominio subiicere, subjectosque tenere valeant, semèl saltèm in mense, aut etiam sæpiùs, juxtà Confessarii directionem, necnon in solennioribus anni Festivitatibus Pœnitentiæ Sacramento se expient, atque Eucharistico pabulo reficiant: semper orationibus, meditationibus, aliisque spiritualibus occupationibus in-

Sacr. Concil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 10. Synod. Petri Vrsini ibidē §. Salutare, & §. Sacram Communionē Synod. Caroli Caraf. eodem c. 20. §. 14.

incumbant; ſed in edomandis propriis paſſionibus multò vehementiùs.

4. Omnes Moniales ſemèl ſaltèm per annum decem diebus continuis ſpiritualia exercitia peragant, & Novitiæ antequam Profeſſionem emittant, ſervata forma literarum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium juſſu felicis memoriæ Innocentii XI. in gyrum tranſmiſſarum.

5. Ut Divinum Agnum ſequi mereantur quocunque jerit, omnem vanitatis umbram effugiant; ſed interiùs, exteriùſque eo inveniantur honeſtatis, exemplaritatis, ac modeſtiæ habitu, qui Virginum Deo ſacratarum ſtatum decet.

6. Puellæ educandæ in Monaſteriis degentes Monialibus ipſis omninò in habitu conformentur: quocirca muliebres ſeculi pōpas nullatenùs eis permitti, velut prorsùs indecentes; mandamus; ſed earum veſtes modeſtæ, Religioſæque ſint, & ab omni vano abhorreant ornamento, ne ſuo malo exemplo ſcandalum cæteris afferant.

7. Nulla, quæ ſeptennium non expleverit, pro educāda in Monaſteriis quantumvis exemptis Puella recipiatur, nec ſine expreſſa Sacræ Congregationis licentia, & noſtra.

8. Omnibus Monaſteriorum etiam exemptorum Abbatiſſis, & Monialibus profeſſis, ſive Cho-

4. Ex litteris circular. Sac. Corgr. Ep. & Reg. de mandato Inn. XI. 9. Oct. 1682. Conc. Prov. Neapol. ſub Card. Cantel. tit. 11. c. 1. §. 12.

5. Clem. de Statu Monachorum, cap. Attendentes. S. Congr. Ep. in Neap. 13. Apr. 1583. & in Med. 26. Novemb. 1619. Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 2. Synod. Petri Urſini cit. tit. §. Omnes.

6. Conc. Prov. Neap. tit. c. 1. §. 3. Synod. Petri Urſin. ibidem §. Puellas, & §. Quamdiù.

7. S. Congr. Ep. & Reg. 28. Mart. 1588. & 27. Maii 1603. 8. Conc. Prov. Neap. ſub Card. Cant. cit. tit. 11. c. 1. §. 8. ubi in margine notantur plura decreta Sacr. Congreg. Epiſc. Conc. Prov. Med. 1. part. 3. tit. de Clauſura, verſ. Nemini omninò.

riſtis, ſive Converſis, ac etiam Novitiis, Educandis, aliiſque quibuslibet in eis quomodocunque exiſtentibus expreſsè præcipimus, ne penitùs audeant, aut aliqua earum audeat per Rotas, Januas, vel alias quaſcunque Clauſuræ partes, ſub quovis prætextu, aut quæſito colore, introducere Parvulos, ſive mares, ſive fæmellas, quantumvis ſeptennio minores, ſub pœna violationis Clauſuræ, & excommunicationis ipſo facto incurrendæ: eſto Parvuli ipſi à Rota non extrahantur, ſed intùs eam remaneant, verſam tamen ad interiorem Clauſuræ partem.

9\. Conc. Prov. Neap. cit. loco. §. 4. cap. Monaſteria, de Vita, & Honeſt. Clericorum. Synod. Petri Vrſini eodem loco. §. Epiſcopalis, & §. Cui porrò. Synod. Caroli Caraf. loc. cit. §. 19.

9\. Nemo abſque noſtra, aut Vicarii noſtri Generalis licentia ad Monialium Monaſteria, quamvis exempta, cum aliquibus, aut aliqua illarum, etiamſi Novitia, Converſa, Famula, aut Educanda extiterit, ad colloquendum accedat, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, Nobiſque reſervatæ; præter tamen earum conjunctos in gradibus primo, vel ſecundo conſanguinitatis; & primo tãtùm affinitatis. Declarantes in eandem excommunicationis ipſo facto, & reſervatæ pœnam illos incurrere, qui obtenta licentia unam ex prædictis alloquendi, data opera, & ex profeſſo aliam in præfata licentia non comprehenſam fuerint allocuti.

10\. Can. Nec aliqua 27. qu. 1. Concil. Prov. Neapol. ibid. §. 5. Synod. Petri Vrſini cit. §. Cui porrò, & §. Sub eadem. Synod. Caroli Caraſæ eod. §. 19. circa finem.

10\. Quicunque, aut coram per verba, ſeu per actus impudicos, & inhoneſtos, aut eminùs mediis literis, vel internunciis eò temeritatis devenerint, ut cum aliqua ex Monialibus, vel aliis ſupranominatis,

de

de rebus obſcenis tractaverint, quamvis alioqui vel ex præobtenta facultate, vel ex propinquitatis gradu allocutio ſibi liceret, in eandem incidant excommunicationis ipſo facto, & Nobis reſervatæ pœnam: quam quidem ad illos etiam extendimus, qui propè Monaſterii muros, ſeu propè Atrium ipſius canendo, vel turpia proferendo manent, aut deambulant eo fine, ut à Monialibus audiantur.

11. Confeſſarii Monialium Clauſuram urgente neceſſitate adminiſtrationis Sacramentorum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis Monialibus, aut aliis perſonis ibi ægrotantibus, vel, ut eaſdem in agone conſtitutas ſpirituali præſidio muniant, ingreſſuri, non aliter quàm ſuperpelliceo, & ſtola induti ingrediantur, atque à duabus ex antiquioribus Monialibus per Præfectam, ſeu Abbatiſſam deputandis inſeparabilitèr aſſocientur, rectoque ſemper tramite incedant, & ad cubiculum jacentis Infirmæ breviori gradiantur via, nec per alia Monaſterii loca ſive in ingreſſu, ſive in egreſſu vagentur. Cum verò decumbentium confeſſiones excipiunt, aperto cellæ oſtio id præſtent, duabus ipſis Aſſociatricibus interìm extrà manentibus, ità tamen ut eum aſpicere poſſint, ſed non audire. Qui autem ex Confeſſariis in toto, vel in parte contravenerit, ipſo facto in ſuſpenſionis incidat pœnam.

11. S.Cong.Epiſ. 13.Septemb. 1583. Ex literis circul. S.Cong.Epiſ. de mandato Inn. XI. 21. Mart. 1682. Conc. Prov. Neap. cit. c. 1. §. 11.

12. Tempore quo ad Moniales habetur concio, præſertìm in Adventu, & Quadrageſima, Eccleſiæ

12. Clem. X. conſtit. Superna. Conc. Prov. Neapol. ibid. §. 6.

clesiæ fores obseratæ teneantur, quibuscunque inde exclusis personis laicis, etiam mulieribus, ut part. 1, cap.4.num.6.

13. *S.Cong.Episc. 23. Martii 1646. Ex literis eiusdem S.Congr. de mandato Innoc. XI. 20. Sept.1683. Conc. Prov. Neapol. loc. cit.§.7.*

13. Pro recta literarum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium de mandato felicis recordationis Innocentii XI. expeditarum exequutione, Abbatissis, & Monialibus Monasteriorum, tam nostræ Jurisdictionis, quàm exemptorum injungimus, ne deinceps occasione celebrationis Festivitatum in earum Ecclesiis, quamvis de Sancto Titulari, per se, vel aliis mediantibus personis, licèt propinquis audeant laicorum cujuscunque sexus invitationes facere, sub pœna Interdicti suarum Ecclesiarum. Quæ prohibitio, sub eadem pœna, etiam volumus, ut locum habeat cum religiosus alicui Puellæ confertur habitus, aut ad solennem Professionem admittitur: quibus functionibus conjunctos dumtaxat ipsi Puellæ in primo, & secundo tum consanguinitatis, tum affinitatis gradu invitari posse permittimus.

14. *Gregor. XV. const.18. Inscrutabili, & Sacr. Congr. Conc. declar. ad dictá constit. Clem. X. constit.7. Superna. Eadem Sacr. Congr. Conc. in Ianuensi 9. Iunii 1651. Conc. Prov. Neap. cit. c. 1 § 10.*

14. Sacrorum Canonum, & Pontificiarum Constitutionum dispositionibus inhærendo, districtè mandamus, ne ullus Sacerdos sive Secularis, sive Regularis Sacramentales Monialium, aliarumque quarumlibet personarum degentium in Monasteriis, aut Conservatoriis Virginum tam Nobis subditis, quàm exemptis, confessiones audire possit, nisi à Nobis pro quolibet ex prædictis locis toties, quoties

casus

casus occurret, deputatus fuerit, atque approbatus. Confessarii verò tam Ordinarii, quàm extraordinarii nullatenùs deputati, & approbati intelligantur pro audiendis confessionibus prædictarum ad crates, aut rotas sive Ecclesiæ, sive Collocutorii, ad Communicatoria, vel intrà Clausuram, aut alibi; sed dumtaxàt in cellis Confessionalibus ex parte Ecclesiæ ad id præcisè destinatis, & constructis, quarum Fenestellæ, ultrà cratem, lamina quoque ferrea minutissimè perforata muniantur, cui nigra superinducatur tela, ità ut aspectus hinc indè omnimodè impediatur.

15. Dierum numerus Confessariis extraordinariis à Nobis assignatus pro audiendis confessionibus sive Monialium, sive aliarum in Clausuris, & Conservatoriis degentium debet esse continuus, non autem pro libito interruptus, & in plures hebdomadas contra nostram intentionem divisus, sub pœna Confessariis suspensionis ipso facto à Confessionibus audiendis.

16. Nullus ex prædictis occasione officii, Confessiones nimirùm extraordinarias excipiendi, audeat apud crates, aut rotas cum eisdem sive Monialibus, sive aliis Monasteriorum, vel Conservatoriorum mulieribus collocutiones habere, multòque minùs cum illis amicitias contrahere, sub eadem pœna, quæ incurritur ab alloquentibus easdem absque legitima facultate.

17. Con-

17. *Supra c. const. Clem. X. Superna, & Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 6.*

17. Concionantes in Quadragesima, vel aliis quibuscunque temporibus apud prædicta sive Monasteria, sive Conservatoria, nunquam silentii tẽpore, aut alio veluti furtivo, & inusitato; sed consuetis prædicent horis, & clausis quidem, sed non retrorsum clavi, aut repagulo Ecclesiæ januis: semperque Confessarius Ordinarius ibi, dum Conciones habentur, adsit, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

18. *S. Cong. Episc. ex decr. anno 1581. Eadem Sacr. Congreg. 28. Mart. 1588. Synod. Petri Ursini eodem titulo. § Ad professionem.*

18. Quæcunque Monasterium aliquod etiam exemptum ingredi, & Monasticum habitum suscipere voluerit, ultrà Depositum numeratæ pecuniæ, quæ pro annuo alimento de semestri in semestre erit anticipatè solvenda, & alia Sacræ Congregationis Decretis consona requisita, numerata etiam pecunia Depositum facere debeat solvendæ Dotis: quæ quidem dotalis pecunia intrà ipsum Monasterium in Arca communi Depositorum servanda erit, & post emissam Professionem non, nisi in bona stabilia secura, & libera, præcedente nostra, aut Vicarii nostri Generalis cognitione, & licentia, impendenda. Quæ autem Abbatissa, aut alia Monasterii Præfecta contrarium fieri permiserit, officio, & voce activa, & passiva statìm privata intelligatur: & Notarius alitèr contractum celebrans, vel sine nostra, aut Vicarii nostri Generalis in scriptis licentia, ipso facto latæ sententiæ excommunicationem incurrat.

19. *Trid. sess. 25. de Regul. & Monial. c. 5. Synod. Petri Ursin. hoc tit. §. Eisdem, & §. Cum autem Synod. Caroli Carafæ cap. 20. §. 10.*

19. Juxtà disposita per Sacrum Tridentinum Concilium, nemo Monasteriorum Monialium septa in-

ingredi audeat, etiam exemptorum, nisi in casibus necessariis tantùm, à Nobis, aut à Vicario nostro Generali licentia in scriptis, & gratis concedenda prius obtenta, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ: & semper ac aliquis cum præfata causa, & licentia ingreditur, hoc ipsum Janitrix toti Monasterio tintinnabuli sonitu significare teneatur: quo audito Monialis ad sua quæque loca se recipiat, & ab exterorum se cælet intuitu. Progredientes verò qualescunque per claustra, duæ Moniales ex antiquioribus Monasterii, ab introitu per totius moræ spatium, usque ad exitum comitentur, nec ante discedant, quàm illi claustro abscesserint. Qua in re Abbatissas plurimum invigilare mandamus, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

20. Conc. Prov. Neap. cit. c. 1. §. 8.

20. Monialibus, Novitiis, sive Educandis, sive aliis cantum fractum, seu figuratũ, etiam inter Missarum solennia, ac inter divina Officia omninò prohibemus; sed Gregoriano dumtaxat, quem firmum etiam, seu planum nuncupant, eas canere indulgemus, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

21. Ad formam Decretorum S. Congr. super statu Reg. 2. Iul. 1589. quæ refert Quaranta in Summa bullarum verb. Monast. Monialium, §. 40. Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 3. Synod. Petri Ursini eodem loco, § Træscripta, & §. Quamdiu.

21. Omnes Moniales sive Choristæ, sive Conversæ, Novitiæ, Educandæ, ac Famulæ, etiam Monasteriorum exemptorum, separatim cubent, non modò in suo scilicèt quæque lecto, sed in distinctis mansionibus, cellisque diversis. Quòd si necessitas, vel loci angustia aliud fortasse suadeat, sine nostra licentia, re maturè perpensa tantummodò conce-

 denda,

denda, id fieri prohibemus, sub poenis ad nostrum arbitrium. Habeant insuper præfatæ omnes, juxtà Sacræ Congregationis Decreta, pro earum diversitate Dormitoria, seu dormiendi loca distincta, aliud nimirùm pro Monialibus, aliud pro Conversis, aliud pro Novitiis, aliud pro Educandis. In hoc autem Abbatissas ipsas, seu alias Monasteriorum Superiorissas in conscientia oneramus, Visitationis tempore strictam ab eis rationem de præsentis Decreti observantia requisituri. Quod si secus factum in aliquo ex præmissis Abbatissæ, vel Superiorissæ negligentia, vel malitia contigerit, officii privationem, & alias nostro arbitrio poenas incurrat.

22. In Ecclesiis Monialium etiam exemptarum solos Musicos nostræ Cathedralis ad canendum vocari, & adhiberi posse permittimus; extraneis omnibus, & quibuscunque aliis omninò exclusis, sub poena Interdicti ipsarum Ecclesiarum.

23. Canon. Illud 20. qu. 1. c. p. Nullus de Regul. Trid. sess. 25. de Reg. c. 17. Synod. Petri Ursin. hoc eodem titulo. §. Antequam.

23. Novitiæ Monasteriorum, etiam exemptorum, Professionem sacram emissuræ, de libera earum voluntate, firmoque in Religione permanendi proposito à Nobis, vel à Vicario nostro Generali gratis explorandæ erunt, sub poenis ad nostrum arbitrium.

24. Ne Moniales Divino specialissimè famulatui addictæ, & Crucifixi obsequiis desponsatæ, indè per temporalia ulla onera, aut negotia distrahantur: & ne postquam ab eorum parentibus, & consanguineis convenientes dotes, & sufficientia vitalitia

litia assignata sunt, irrationabilitèr, ac ferè perpetuò precibus, & querimoniis eos vexare, & gravare, necnon pro suis adimplendis officiis nova subsidia extorquere cogantur, imponimus, sub excommunicationis ipso facto incurrendæ pœna, cunctis Monasteriorum Abbatissis, aut quibuscunque sub quovis nomine, aut titulo eorum gubernationem gerentibus, ut curent omnes, quæ Officialibus incumbunt, expensæ, sive Priorissæ, sive Vicariæ, sive Pistrici, sive Cellarariæ, sive Frumentariæ, aut aliæ, quæcunque illa sit, ab ipso Monasterio fieri, non autem à prædictis de proprio; exceptis Sacristis, pro quarum munere ea, quæ necessaria à Nobis existimantur, separatìm ordinanda erunt.

25. De omnibus, quibus pro victu Moniales indigent, ac etiam Famulæ, sive quæcunque aliæ in Monasterio degentes, Abbatissa provideat, ità ut frugalitèr quidem, sed commodè, ac civilitèr sustentari possint; & præcipuè in infirmitatum casibus cibaria quoque, veluti carnem, pisces, cæteraque cujusvis generis obsonia cocta, & ad esum præparata, nec alio modo singulis Monialibus, & cæteris divisìm distribui curet in propria specie; fructus etiã per quotam, sive pietantiam unicuique in mensa apponantur. Itidem pro singulis vicibus panem, tam in prandio, quàm in Cœna unaquæque accipiat sufficientem, & opportunum; nec pro illo frumentum, seu farina penitus dispensetur. Pro omnibus hu-

25. *Synod. Petri Vrsini ibidem §. Omnes. Synod. Caroli Carafæ c. 20. §. 5.*

hujusmodi rebus nihil pecuniæ prorsùs sub quocunque titulo, vel colore, etiam permutationis, vel venditionis eisdem distribuatur, omnesque ad mensam conveniant. Ea verò, quæ de mensa ipsa, aut quovis modo supersunt, nullatenùs particularium arbitrio disponantur; sed vel in pauperum refectione erogentur, vel in totius Communitatis beneficium, & emolumentum, prout Abbatissæ visum fuerit, reserventur; sub eadem excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.

26. Teneantur etiam præfatæ Abbatissæ omnem, ad provisiones tempestivè faciendas, necessariam pecuniam Priorissis, Vicariis, Cellarariis, sive aliis Officialibus tradere: de qua illæ mensatìm postea eisdem Abbatissis rationem reddere omninò debeant. Nec possint prædictæ Priorissæ, Vicariæ, Cellarariæ, aut aliæ quæcunque in exactione fructuum, seu reddituum Monasterii sive elapsorum, sive currentium ullo modo se intromittere; sed ad Abbatissam privativè quoad omnes alias hujusmodi exigendi cura pertineat, sub eadem, quæ supra, excommunicationis latæ sententiæ pœna, tum per Abbatissas permittentes, tum per Officiales prædictas contrarium facere præsumentes incurrenda.

27. Sac. Congreg. Episc. & Reg. 11. Augusti 1651.

27. Abbatissæ, seu quævis aliæ Monasteriorum Præfectæ intrà sex primos menses à die completi earum officii teneantur, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, necnon perpetuæ inhabilitatis

ad

ad illa, reddere rationem, seu computa suæ administrationis. Item in triduo ab expleti officii die inclusivè numerando, electæ de novo Abbatissæ integram, & totam pecuniarum summam penes ipsam ex redditibus Monasterii sistentem, omninò tradere, & consignare teneatur, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, privationis vocis activæ, atque passivæ, aliisque ad nostrum arbitrium. Et si debitrices appareant, donec Monasterio in integrum satisfecerint, inhabiles ad eadem officia censeantur.

28. Absoluto jam suo regimine nequeant eædem Abbatissæ, aut aliæ, ut suprà, in exactione crediti Monasterii se amplius immiscere: nec Abbatissæ novitèr electè hoc ipsum permittant, sub pœna tam istis, quàm illis privationis vocis activæ, & passivæ.

CAPUT VIII.

De Conservatoriis Puellarum mulierum pœnitentium, & de Bizochis.

PArum est Virgines, & Mulieres in Sanctuariis collocari, vectibus, & ostiis, mænibus, & ferris undique custodiri, nisi Pastorum vigilantia de caula etiam dubitet, & gregem tonsarum adhùc intus eam insidiis patere timens, arcum conterat, & confringat arma, quibus à vitiosis illæ commerciis non rarò plagantur. Chrystalli enim instar

sunt,

sunt, qui nedum si ceciderit frangitur, sed per humani etiam flatus injuriam effuscatur. Graviori igitur severitate hac in re cautiones quasdam servandas proponimus.

1. Excommunicationi latæ sententiæ Nobis reservatæ subiiciantur omnes utriusque sexus, etiam in quolibet gradu consanguineæ, vel affines personæ, quæ sine nostra, aut Vicarii nostri licentia in scriptis, in gravi aliqua solummodò necessitate concedenda, Conservatoria Nobis subjecta ingredientur: ac paritèr Abbatissæ, seu cujusvis nominis Superiorissæ, necnō Janitrices quoque dictorum locorum eisdem, præfata licentia destitutis, ingressum dantes, ac permittentes.

2. Quicunque ex vi aut memoratæ conjunctionis graduum, aut impetratæ licentiæ ad dicta Conservatoria collocuturus accedit, apud crates ad id constitutas, & destinatas, se facultate, qua pollet, uti posse intelligat; nullatenùs autem alloqui posse à posteriori parte Altaris majoris Ecclesiæ absque nostra speciali concessione.

3. Sacerdotes ad Confessiones in prædictis Cōservatoriis ordinariè excipiendas à Nobis approbati, injunctum sibi hujusmodi munus in Confessionalibus dumtaxàt ad hoc præfixis, intùs verò nunquam, nisi in urgentis necessitatis casibus exerceant, ut de Monasteriis Monialium superiori cap. 7. nu. 15. sancivimus. Nemo autem alius specialitèr à Nobis non

ap-

approbatus prædictas Confessiones audire possit: nec approbatus pro uno determinato Conservatorio, approbatus etiam pro alio censeatur, sub pœna, in casu quolibet ex prædictis, suspensionis ipso facto à confessionibus audiendis.

4. Omnes Conservatoria prædicta inhabitantes sive Moniales, sive Novitiæ, aut Educandæ, vel Famulæ religiosas perpetuò æmulentur Virtutes, seque præbeant exemplares, modestas, obtemperantes, humiles, atque devotas: Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentèr, minimùm semèl in mense suscipiant: personas licentia nostra non munitas, sub pœnis Nobis arbitrariis, ad secum colloquendum nunquam admittant: neque ad loci januas cum aliquo ab extrà, quamvis facultatem habente, loqui præsumant.

5. Pœnitentium Fœminarum Conservatorium, consanguineis tantùm in primo, aut secundo gradu exceptis, nullus similitèr quocunque ex fine adeat, vel ut cum una, vel pluribus in eo existentibus colloquatur, nisi obtenta ab ejus loci Protectore licentia, non sine rationabili causa tradenda, sub pœna excommunicationis.

6. In eundem locum nemini etiam primi gradus propinquo sive viro, sive mulieri, ex quovis colore, aut prætextu, patefiat ingressus sine nostra in scriptis licentia, sub excommunicationis pœna statim incurrenda: à pœnitentibus quoque mulieribus

con-

contrahenda, per quas alicui dabitur ingressus.

7. Conservatorii januæ, nisi post manè clarum, & justa de causa, necnon cum assistentia Præpositæ, vel alterius, ex Deputati licentia, ab ea designatæ nunquam aperiantur, multòque minùs penes illas apertas aliqua consistere tempore quantumvis modico permittatur. Vespere autem à dato Salutationis Angelicæ signo claudantur statìm, clausæque prorsùs maneant, & ultrà, absque urgenti necessitate, & cum assistentia, ut suprà, eas aperire nullatenùs liceat, sub pœna ad nostrum arbitrium.

8. Modestiam sequantur, procul ab omni rixa, semperque in pace cohabitent, Sacramentis cum frequentia incumbant, nec mensem ullum sine Confessione prætereant: quotidiè sacrificio Missæ intersint, Beatæque Rosarium Virginis junctìm recitent, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

> 9. *S. Cong. Epis. & Regul. 20. Dec. 1616. Concil. Prov. Neapol. tit. 11. c. 2. §. 15.*

9. Mulieres privatìm degentes ad habitum Religiosum quorumcunque Regularium, & quibuslibet privilegiis innixorum, nullo modo in hac Civitate, ac Diœcesi admittantur absque nostra in scriptis licentia, & conditionibus per Sacræ Congregationis Decreta requisitis à Nobis priùs recognitis, & diligentèr examinatis. Eæ autem sunt, vitæ, morumque laudabilitas, quadragenaria ætas, patrimonium, ex quo sufficientèr de proprio vivant, & cohabitatio cum consanguineis, aut affinibus in primo gradu, non verò cum aliis.

10. Quæ-

10. Quæcunque autem receptæ hactenùs fuerint, vel deinceps ad alicujus Religionis habitum recipientur, à superjecto, seu velo supra caput, à pectorali, seu subgulari, vulgò Soccanno, & à scapulari, vulgò Patienza, omninò abstineant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. 10. *Eadem Sacr. Congr. Episc. cit. decr. sub die 20. Dec. 1616. §. Verum.*

11. Sic ab Instituti forma, cui nomen dedere, omne probè vivendi, ac Deo placendi consilium hauriant, ut nemini sint scandalo, sed cunctis exemplo; ad vanitates retrò non aspiciant; ubique, & in omnibus modestè se gerant; ac demùm assumpti habitus decentiæ nullimodis adversari studiosè contendant.

CAPUT IX.

De Sodalitatibus, & Confraternitatibus.

HAbitare Fratres in unum tum semper bonum, & jucundum, tum verò præcipuè cum ad Dei obsequium, Animæque emolumentum conveniunt: nihil enim melius, quàm ut Filii solliciti servare unitatem in vinculo pacis, se sistant ante eum, qui inhabitare facit unius moris in domo: nihil jucundius, quàm Apostolorum ad instar congregari, & Spiritum Consolatorem dulcem Animæ hospitem ex alto illapsum recipere. Hoc quidem consilio eriguntur laicorum Confraternitates, in quibus, ne unquam charitas refrigescat, aut chri-

ſtiana neceſſitudo diſſidiis proſcindatur, Nos, qui cupimus ſuper omnes ſpiritum pacis requieſcere, per hæc Decreta Deo aſpirante providemus, & ut Sodalitates in Inſtitutis, & Sodales ipſi in officio ſeſe contineant.

1. Nemini cujuſcunque ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtat Sodalitatem aliquam, aut Confraternitatem in hac noſtra Diœceſi inſtituere licitum ſit, ut ex Cõſtitutione sanctæ memoriæ Clementis VIII. cavetur, abſque noſtra in ſcriptis licentia: quam Regulares etiam ſibi neceſſariam ſciant, quoties cum ſaccorum, ut vocant, uſu, id ipſum facere meditantur. Nec jam inſtitutæ Confraternitates Regulas ullas ſibi ſervandas proponant, à Nobis, vel à Vicario noſtro Generali non recognitas, & confirmatas, ſub pœna in prædictorum ſingulis ad noſtrum arbitriũ quoad Eccleſiaſtitos, & excommunicationis latæ ſententiæ quoad laicos. Confraternitates verò, quæ à Nobis erectæ, ſeu approbatæ non ſunt, & Regulas, ſeu Statuta approbata non habent, non poterunt indulgentiis ullis, aut privilegiis gaudere.

2. Sacerdotem unum ſingulæ Sodalitates habeant, prius tamen à Nobis circa ſpiritualis vitæ peritiam, ſanctamque converſationem approbandum.

3. Confraternitatum, ſive quorumcunque locorum piorum redditus nullis applicentur uſibus, niſi quibus à piis Teſtatoribus, aliiſve Benefactoribus deſtinati fuerint. Cumque Officiales aliqui pro libito

1. *Clem. VIII. conſtit. 115. Quæcunque. Conc. Later. 5. cap. 9. S. Rit. Congr. in Elboren. 7. Octob. 1617. Conc. Prov. Neap. tit. 5. cap. 4. §. 9.*

2. *Conc. Prov. Med. 4. S. Caroli tit. Quæ ad Cõfratres, &c. Conc. Prov. Neapol. ſub Card. Cantel. loc. cit. §. 5. Synod. Petri Vrſini tit. de Confraternitatibus, &c. §. Sacerdoté.*

3. *Trid. ſeſſ. 22. de Refor. c. 8. Ex literis S. Cong. Concil. de mandato Alex. VII. die 15. Decembr. 1663. Conc. Prov. Neap. cit. c. 4. §. 4.*

to ſumptus inutiles illos profundétes difficillimè poſteà cogi poſſint ad reſtitutionem, nulli eorum deinceps ducatorum quindecim ſummam cujuſvis expenſæ colore ſingulis quibuſque annis excedere liceat ſine noſtra, aut Vicarii noſtri Generalis licentia in ſcriptis gratis danda, ſub pœna reſtitutionis etiam de proprio earundem expenſarum, & excommunicationis latæ ſententiæ.

4. Quævis onera ſive Miſſarum, ſive Officiorum, necnon eleemoſynarum in tabellam redacta Oratorii parietibus appendendam, omnium proſpectui pateant; ſatisfactiones verò certo exactè deſcribantur in libro, ut quandocunque tum illæ, tum illarum omiſſiones valeant recognoſci.

5. Nec ab OEconomis dictarum Confraternitatũ, ſicut nec à cæteris quorumcunque locorũ piorum Gubernatoribus locentur ipſarum Eccleſiarum bona quæcunque ipſiſmet Confratribus, & præfatarum perſonarum conjunctis uſque ad ſecundum gradum. Quod ſi alitèr fieri contigerit, contractus irritos declaramus. Si tamen Eccleſiæ utilitas id ſuadeat, non, niſi ex noſtra, vel Vicarii noſtri licentia in ſcriptis, fiat.

6. Adminiſtratores, OEconomi, aliique quocunque nomine nuncupati Confraternitatum Officiales elapſo anno ad idem officium non reeligantur, nec in eo confirmentur ſine beneplacito noſtro; adeòque eo non præhabito, quamcunque prædicto-

4. *Ex literis S. Cong. Concil. de mandato Alex. VII. die 15. Decemb. 1663. Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 3. Synod. Petri Vrſini eodem ſuprac. tit. §. legata omnia*

5. *Iuxtà Sacræ Cong. Decretum pro Vrbe de mandato Inn. XII. ſub die 11. Sept. 1699. Conc. Prov. Neap. citat. loc. §. 3. Synod. Petri Vrſini tit. de bonorum, & iurium Eccleſiaſticorum conſervatione. §. Illud etiam.*

6. *S. Cong. Epiſ. & Reg. 18. Iulii 1594. Conc. Prov. Neap. ibidem §. 2. Syn. Car. Caraf. c. 23. §. 3.*

 rum

rum poſt anni decurſum iteratam electionem, ſeu factam confirmationem jam nunc irritam, caſſam, nulliuſque momenti, ac roboris declaramus.

7. *Conc. Prov. Neap. cit. c. 4. tit. 5. §. 8. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. Commeſſationes.*

7. Sicuti omninò prohibemus commeſſationes ſumptibus ipſarum Confraternitatum fieri: ità ſeriò monemus nihil obſonii in ipſarum Confraternitatum ſpoliatoriis, & multò magis in ipſis Eccleſiis ſumi, ne domus orationis in cœnaculum verti videatur, quando Apoſtoli in unum congregati cœnacula in domum orationis verterant.

8. *Iuxtà Pagellam Caſuum reſervatorũ Prædeceſſorũ caſu. Synod. Caroli Carafæ c. 23. §. 1.*

8. Quoniam verò Nobis nunquam ſatis cautum eſſe videtur abuſui, quo aliqui antedictarum Confraternitatum, Eccleſiarum, piorum locorum, & Montium Gubernatores, OEconomi, Rectores, ſeu quocunque alio nomine nuncupentur, redditus, & pecunias earundem in propria commoda vertunt, eiſque utuntur: (licet aliis remediis tanto malo occurrere curaverimus) ad id penitùs evellendum pœnam excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ, volumus ſubjacere præfatos Gubernatores, OEconomos, & alios, ut ſuprà, ſi eaſdem pecunias quomodocunque ad proprios uſus applicare præſumpſerint: aut alios illis uti quovis modo permiſerint.

9. *Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 5.*

9. Qui Confraternitatibus dirigendis deputati ſunt, quotiès Confratres proceſſionalitèr egredi cõtingat, caveant Sacerdotes, ne cum pluviali, aut cum ſtola poſt illos incedant, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

10. Fœ-

10. Fœminas Consorores fieri, inque Confraternitatum Indicem referri concedimus; Oratoria autem ingredi expresśè prohibemus: sed solummodò Confratres processionalitèr euntes, aut Ecclesiam aliquam visitantes, devotè, ac separatìm coronam recitando sequi possint.

11. Electione recentium OEconomorum, Administratorum, & Officialium facta, prædecessores infrà mensem gestæ Administrationis rationem Nobis reddere teneantur; alitèr ad eadem, vel similia officia nunquam in posterum eligi possint: ac interim qui de novo electi sunt, ne morentur ad Nos recurrere, ut per remedia Juris, & Facti veteres ad suo satisfaciendum debito compellere valeamus.

11. *Clem. Quia contingit de Religiosf. domibus. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 9. Synod. Petri Ursini tit. de honor. & iur. Eccl. conser. §. Quod Clemens V. Synod. Caroli Carafa c. 23. §. 2. Conc. Prov. Neapol. loc. cit. §. 4.*

12. Novos Officiales nominare, & eligere veteribus nullatenùs liceat, sub quovis consuetudinis prætextu, quam potiùs abusum, & corruptelam esse declaramus, quemadmodum Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium declaravit, & nullas tales Electiones decernimus: præterea Interdicti quoad Oratoria, ac excommunicationis quoad novos prætensos Officiales, qui in Administrationem se intrudere præsumpserint, pœnam adjungimus.

12. *S. Cong. Episc. & Reg. 24. Apr. 1584.*

13. Ad publicas processiones vocati cum Confratres accedunt, debitum ordinem, omnimodamque modestiam servent: integro sacco induti, & obvelata semper facie, seu demisso caputio ire pergant.

13. *Synod. Petri Ursini tit. de Confraternitatibus, &c. §. Quæ Confraternitates.*

CA-

CAPUT IX.

De Indulgentiis, & Quæstuariis.

PArcit pauperi, & inopi, & Animas pauperum ſalvas facit Dominus ex abundantia, quæ facta eſt in turribus ſuis, cum theſauros aperiens copioſæ Redemptionis Unigeniti Filii ſui, necnon exuberantis Sanctorum ſatisfactionis, de eorum plenitudine, poſt deletas ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum in Sacramentali Pœnitentiæ foro iniquitates hominum, à pœnis quoque pro earum purgatione debitis, pretio tum ſanguinis illos redimit, qui velut aqua effuſus eſt in circuitu Hieruſalem, tum exceſſus aliorum meritorum, quæ ex acceptis talentis ſervi boni, & fideles ſuper lucrati, non ſibi ſolùm, ſed & nobis divitias magnas congregaverunt in Cœlo. Divinam hanc propitiationem, ſicut peccatoribus non aſpernandam, ſed potiùs opportunè amplectendam, ità Quæſtuariis exactè proponimus imitandam, quatenus non ſuæ, ſed Eccleſiarum, Defunctorum, ac Pauperum ſubventioni, quas illorum nomine colligunt pia providentia eleemoſynas impendant, ne Templi dum diripiunt ærarium, Spiritus Omnipotentis Dei in eos concitatus, magnam, ut cum Heliodoro, faciat ſuæ oſtenſionis evidentiam. Pro quo

1. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 9.*

1. Minimè audeat ex Rectoribus quiſpiam, aut

ex

ex aliis Ecclesiarum Præfectis quocunque nomine appellatis, etiam Regularibus, seu quomodolibet Privilegiatis, & Exemptis suis in Ecclesiis, aut Oratoriis Indulgentias, aut earum summaria exponere, vel, ut exposita maneant, efficere, nisi recognitio nostra præcesserit; easque publicandi licentiam à Nobis omninò, etiam quoad scripturam gratis dandam, impetraverint: cum solis locorum Ordinariis hujusmodi potestas à Sacro Tridentino Concilio attributa sit, & non aliis.

Conc. Prov. Neapolit. sub Card. Cantel. tit. 5. c. 1. §. 3 Synod. Caroli Caraf. c. 16. §. 29.

2. In publicatione, & usu dictarum Indulgentiarum omnem prorsùs quæstuationis modum abesse mandamus, ità ut sine ulla mercede, aut sine temporalis lucri publicari debeant. Quocirca earum transumpta nunquam eo in loco affigantur, ubi capsulę ad colligendas fidelium eleemosynas existunt. 2.

Trid. cit. cap. 9. & sess. 25. in Decreto de Indulgentiis. B. Pius V. const. 30. Etsi Dominici, & constitut. 99. Quam plenũ.

3. Quoties Indulgentiæ aliquibus Confratribus concessæ fuerint, ac præsertìm, ut ad alias Confraternitates aggregentur Constitutio Clementis VIII. omninò servetur, ità ut totum à Nobis recognoscendum sit, & approbandum. 3.

Constit. Clem. VIII. 115. Quæcunque.

4. Nulla persona, licèt sacco induta, seu sub Confratris veste audeat posthac absque nostra licentia in scriptis, & gratis concedenda, quæstuare cum capsulis, bursis, aut alio quovis modo per Civitatem, vel Diœcesim quocunque colore, aut prætextu, etiam comperandi eleemosynas pro celebratione missarum in die Commemorationis omnium Fidelium 4.

Innoc. III. in Conc. Later. cap. 62. Cap. cum ex eo. de Pænitent. & Remiss. Clem. de Pæn. &c. cap. fin. Trid. sess. 21. cit. cap. 9. Concil. Prov. Neapol. cit. tit. c. 3. §. 1.

De-

Defunctorum, sub pœna ad nostrum arbitrium.

5. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 3. § 4.

5. Eandem pœnam in eos torquemus, sive Eremitas, sive quoslibet alios, qui per Civitatem, vel Diœcesim quæstuantes excurrere, absque nostra, aut Sedis Apostolicæ à Nobis priùs recognita licentia, præsumpserint. Qua nihilominùs suffulti caveant, ne ea abutantur per Indulgentiarum dissemminationem, aut aliquarum oratiuncularum distributionem, quibus falsitas, aut vana inventio subesse solet.

6. Can. Quidam 16. qu. 1. S. Cong. Episc. & Regul. in Catanien. 22. Ian. 1588. & in Fundana 17. Ian. 1594 Conc. Prov. Neap. cit. c. 3. §. 2. & 3.

6. Sub eadem etiam pœna Eremitis ipsis prohibemus, ne licentia nostra, aut Vicarii nostri Generalis destituti in Ecclesia aliqua, vel sacello nostræ Diœcesis immorentur, aut per eandem quæstuando se circumferant, vel aliquod ex sibi præscriptis in præfata licentia transgrediantur, sub pœna etiam carceris formalis, & ejectionis postmodum à nostra Diœcesi. Quocirca jubemus Parochis, & Vicariis Foraneis, ut infrà mensem à præsentis Synodi promulgatione Vicario nostro Generali distinctam afferant notitiam Eremitarum in suo districto degentium, eorumque vitæ, qualitatum, & morum, ut si qua opportunè providenda sunt, sine remedio non relinquantur.

7. Conc. Prov. Mediolan. 1. S. Caroli par. 1. decr. 24. & eiusd. S. Caroli Diœcef. Syn. 2. decr. 23.

7. Ut omnem scandali, & periculi causam removeamus, quæ abscondi consuevit sub appellatione pietatis, quoscunque sive viros, sive mulieres quęstuationem exercentes, & eleemosynas à prætereuntibus

tibus petentes ad finem emendi ceram elaboratam, vel alio quovis prætextu, ſive occaſione, etiam alicui Sancto præſentationis faciendæ, aut alicujus Proceſſionis peragendæ, omninò volumus excommunicationis pœna puniri.

CAPUT XI.

De Teſtamentis, & Legatis piis.

EX quo Divinus Filius, cui dederat omnia Pater in manus, in crucis lecto decumbens morti proximus Spiritum Patri, Matrem Diſcipulo Jure Legati reliquit, & diſpoſuit nobis Regnum, ut juſtificati gratia ipſius hæredes eſſemus ſecundum ſpem vitæ æternæ vocati inter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: ex eo tempore ſanctificatæ ſunt ultimæ hominum voluntates, qui de rebus ſuis, aut in expiationem ſcelerum, aut in æternæ beatitudinis lucrum diſponunt, faciuntque ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in Cœlo. Hæc tamen Teſtamentorum ſanctitas non apud omnes venerationem ſortita, interdùm per ſummam irreligionem proteritur, atque aliqui reperiuntur, qui plus fluxæ felicitati, quàm aliorum æternæ conſulentes, aut ægros impediunt, quominùs ſaluti ſuæ in extremis laboranti provideant, aut ſi providerint, nihil eorum, quæ per ſolennem men-

tis testationem fieri voluerunt, perficiant. Quod quàm impium sit, & quàm opportuna remedia postulet, hæc Decreta, quæ servari exactè mandamus, satis apertè declarant.

1. *Synod. Petri Ursini hoc titulo. §. Hæredibus.*

1. Hæredibus, aliisque omnibus quavis nuncupatione exprimendis, à quibus Defunctorum voluntates executioni demandandæ sunt, districtè præcipimus, ut Legata ab iis per ultima testamenta, sive ad pias causas, sive pro eorum conscientiæ exoneratione dispositа, tempore ab iisdem præscripto, aliàs intrà annum à die mortis eorũdem, adimpleri omninò curent. Quòd si dicto in tempore pias hujusmodi voluntates exequi neglexerint, ab ingressu Ecclesiæ absque alia declaratione sint interdicti, donèc plena, & cumulata, hanc satisfactione earum nedum injustitiæ, sed inhumanitatis, imò veriùs immanitatis speciem, comedendi sacrificia mortuorum, eorumque Animas in atrocitate pœnarum ex desidia, aut avaritia diutiùs detinendi exuant.

2. *Trid. sess. 22. de Ref. cap. 8. Synod. Petri Ursini, ibid. §. Cum ad Episcopos. Synod. Caroli Carafæ cap. 23. §. 5. Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. tit. 13. c. unic. §. 12.*

2. Cum omnium prorsùs piarum dispositionum tam inter vivos, quàm obitus causa factarum Episcopi Judices, & Executores etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati per Sacrum Tridentinum Concilium sint constituti: ne in hoc exercendo munere cognitio Nobis necessaria desit, Notariis, & quibuscunque, qui Testamenta, & Codicillos in Civitate, & Diœcesi rogati conscribunt, mandamus, ut intrà duos menses à morte Testatorum, notulam Nobis,

aut

aut Vicario noſtro Generali deferant, in qua pia Legata quæcunque, ſive ad pias cauſas, ſive pro malè partis, aut furto ablatis relicta, cum nomine, & cognomine tum ipſorum Teſtatorum, tum Hæredum, & Executorum diſtinctè repreſententur: necnon quæcunque pia ab ipſis facta diſpoſitio in præfatis Teſtamentis ſive clauſis, & ſcriptis, ſive apertis, & nuncupativis. Ad quod Parochi, aliique Sacerdotes, reſpectu cujuſcunque piæ diſpoſitionis, ultimæque voluntatis fidelium per ipſos declarandæ, eorum morte ſecuta, paritèr teneantur. Sub pœna, quoad Notarios, excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ: quoad Sacerdotes verò, ſuſpenſionis ipſo facto à Divinis.

3. Tam impios homines adinveniri, qui mentes Fidelium à piis diſpoſitionibus non vereantur avertere, quamquam difficillimum eſſe cenſeamus, nihilominùs ne hoc ipſum aliquando contingat, excommunicationis reipſa incurrendæ pœna damnamus quoſcunque directè, vel indirectè, ſive blandis, aut minacibus verbis, ſive pollicitationibus, ſive importunis precibus, aliave forma, prætextu, ſeu colore diſſuadentes, retrahentes, contradicentes, aut impedientes, quominùs fideles teſtatores Legata conſtituant, aut diſpoſitiones quocunque modo ad pias cauſas faciant, vel eos ad jam factas revocandas inducentes: ſicut etiam ex induſtria ſe opponentes, ne Notarii, aliæque legitimæ perſonæ dictis Legatis,

3. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. Impietatis.

piisque dispositionibus faciendis, & validandis accedant rogati. Inter pias autem dispositiones, eas etiam, quæ fiunt ad favorem propinquorum revera pauperum comprehendimus, quas proindè procurari posse, & hoc etiam per mutationem aliarum dispositionum, minimè vetamus.

C. Doctorū, cum Barbosa de iure Eccl. lib. 3. c. 27. nu. 10. & 16.

CAPUT XII.

De bonis Ecclesiæ non alienandis.

QUod Sacrosancta Concilia, præcipuè verò Parisiense, docent, res Ecclesiæ non esse tractandas ut proprias, sed ut Dominicas, & à Domino commendatas. Quod Summi Pontifices, potissimùm verò beatæ recordationis Urbanus monet, non debere res Fidelium, quæ Domino offeruntur in alios usus, quàm Ecclesiasticos, & indigentium converti. Quod Sancti Patres toties declararunt, sacras facultates esse patrimonia pauperum, deposita pietatis, & Ecclesiarum Præfectos earum rerum esse Procuratores: id Nos attendentes, religiosè cavere debemus, quod ipsi Apostolorum Canones prohibent, ne res, quæ Dei sunt, consanguineis donemus, aut aliis quocunque modo impertiamus, & ut Gregorius ajebat, mali OEconomi, & præposteri inveniamur: quidquid enim ex his aliis datur, Ecclesiæ, aut pauperibus sacrilega crudelitate eripitur.

tur. Ut igitur Chriſti Domini ſponſæ dotem ſartam, tectamque ſervemus, hæc ſtatuimus.

1. Admonemus in primis omnes Rectores Eccleſiarum, Beneficiorum, locorumque piorum, eorumque Adminiſtratores de pœnis contentis in Conſtitione Pauli II. quæ incipit: *Ambitioſæ*, aliiſque aliorum Romanorum Pontificum adverſus quoſcunque vendentes, ſeu alienantes quælibet bona ad eaſdem Eccleſias, Beneficia, & loca pia pertinentia tam immobilia, quàm mobilia pretioſa, aut ea obligantes, hypothecantes, vel ad lõgum tempus contra formam prædictarum Conſtitutionum locantes, ſive in emphyteuſim ſub certo canone concedẽtes: ſciantque contractus alitèr celebratos ipſo Jure eſſe nullos, irritos, & inanes, quales de præſenti Nos etiam declaramus.

1. Can. Non licet. Can. Diaconi. Canon. Abbatib. 12. quæſt. 2. Cap. Nulli. Cap. Si quis de rebus Eccl. alienan. vel non. Cap. Quæ in Eccleſiarum de Conſtitution. Cap. Is, cui de election. in 6. Paulus II. in Extrav. Ambitioſæ de rebus Eccl. non alienand. Paulus IV. conſtit. 2. Injunctum.

2. Ubi verò, Legibus ita diſponentibus, Ordinarii authoritas locum habet, quæ ex veteri hujus noſtræ Diœceſis conſuetudine ultrà ſummam quinquaginta ducatorum non extenditur, conſimiles alienationes, & venditiones nullatenùs fieri poſſint abſque noſtra licentia in ſcriptis, aut Vicarii noſtri Generalis, ſub pœna excommunicationis, præter nullitatem contractus.

2. Can. Terrulas 12. qu. 2.

3. Nequeant prædicti Rectores, Beneficiati, Adminiſtratores, ſeu alii cujuſcunque nominis, & conditionis, pecuniam, ſive quæ ipſis Eccleſiis, Beneficiis, & locis piis ſuperfuerit, ſive obvenientem

3. Conc. Prov. Neápol. ſub Card. Cantel. tit. 13. cap. unico §. 10.

ex capitalibus restitutis cum onere impendendi, in emendis bonis stabilibus, vel censibus, seu annuis redditibus impendere absque nostra speciali licentia in scriptis, aut Vicarii nostri Generalis, sub pœna tam Rectoribus, & personis prædictis, quàm Notariis excommunicationis, & nullitatis contractuum, etiamsi extra Diœcesim nostram eorum stipulatio facta fuerit. Territoria quoque, domos, aliaque similia Ecclesiastica bona eos sibi conjunctis usque ad secundum gradum, etiam indirectè, & per interpositas personas locare posse prohibemus, expressa priùs licentia gratis danda à Nobis, vel à Vicario nostro Generali non obtenta, sub pœna nullitatis contractus, & privationis Administrationis ejus Ecclesiæ, aut loci, cujus OEconomiam, aut Rectoriam gerunt, & deletionis etiam à Confraternitate, seu Congregatione, cui reperiuntur adscripti, per tempus ad nostrum arbitrium à criminis gravitate mensurandum.

Vt sup. cap. 9. §. 5.

4. *Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 9.*

4. Ementes, aut vendentes bona stabilia, aliave Jura cum annexis annuis canonibus, quartariis, quindenniis, aut aliis emolumentis, quorum solutio Ecclesiis, Monasteriis, Cappellis, sive aliis piis locis facienda sit, teneantur in contractibus dicta onera expresse, nedum in genere, sed in specie declarare, nominando ipsa loca pia, quibus bona prædicta sunt obnoxia, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda sine spe absolutionis, quousque per

per expreſſionem prædictam reformentur contractus: eademque prorsùs affligantur pœna, malitioſo in idipſum conſilio concurrentes.

5. Eccleſiarum, Beneficiorum, Oratoriorum, Cappellarum, Confraternitatum, Congregationum, Sodalitatum, locorumque omnium piorum pecuniæ undecunque provenientes, ſive ex cenſibus, redditibus, aut Legatis, ſive etiam ex eleemoſynis manualibus, vel ex contributionibus Confratrum, & Conſororum, pro conflando aliquo Monte, aut aliũdè, ſicuti etiam res pretioſæ, nunquam uni ſoli perſonæ, ſed tribus ad minus, quæ ſint ex Officialibus in una Arca per tres claves omninò differentes ſingulis ipſarum tradendas cuſtodiendæ tradantur.

6. Parochi, Beneficiati, Rectores, Procuratores, omneſque bonorum Eccleſiaſticorum Adminiſtratores intra quatuor menſes à die publicationis præſentium Conſtitutionum immediatè ſequenti, juxtà formam Edicti in fine hujus Synodi apponendi, teneantur impenſiori fidelitate, ac ſolertia quæcunque ſtabilia, annuos proventus, cenſus, & ſimilia, itemque univerſa mobilia, ſupellectilia, & cujuſvis alterius ſpeciei bona ad ea loca pertinentia in Inventarium redigere, illudque Epiſcopali noſtro Archivio ad futuram prædictorum bonorum recordationem regiſtrandum, atque tutandum deferre. quod tertio quoque anno circa mobilia, & decimo quoque circa ſtabilia innovabunt, ne vel hominum fraudulentia,

6. Can. Manifeſta, & canon. ſeq. 12. qu. 1. Conſtit. Xiſti V. 1. Provida. 8. Iunii 1587. Synod. Petri Vrſini tit. de bonorum, & iur. Eccleſiaſtic. conſerv. §. Clericalis. Synod. Caroli Caraf. c. 23. §. 4.

vel

vel temporum injuria illorum memoria pereat, ſub pœna Eccleſiaſticis ad noſtrum arbitrium; laicis verò privationis illius, quam gerunt, OEconomiæ, ſeu Adminiſtrationis.

CAPUT XIII.

De Funeribus, & Exequiis.

SEpulturæ, ſupremo hominis cultui, vel in veteri Teſtamento plurimùm priſci Patres tribuerunt. Quare Abraham peregrinus tantùm de comparando ſuæ conjugi tumulo fuit ſollicitus. Tobias alioqui ingenuus efferendis cadaveribus operam dabat. Quin & Angeli ipſi Palatini cœleſtis Imperii Principes funeri Moyſis famulas præbuere manus. Tanta eſt vis pietatis in mortuos, ut non moriatur in vivis, id ſuadente natura, quæ defuncto Authori ſuo rerum omnium luctu parentavit, atque atrato Cœlo novum exequiarum genus exolvens, extincto luminum Patre faces omnes extinxit. Sepulto autem tantum honoris tribuere voluerunt piiſſimæ fœminæ, ut aromata ad monumentum deferentes, admodum grata fore putaverunt ei, qui Magdalenæ unguenta ad ſe ſepeliendum effuſa adhuc vivus probaverat. Nec minorem habet Apoſtolica Eccleſia rationem, & curam ſepeliendi Fidelium cadavera: illis enim procurat Sedes, ubi eorum

oſſa

ossa imperturbata quiescant, eisdemque tumulandis plurimos ritus præscribit. Studentes igitur, ut hoc Religionis officium, & gratissimum Deo misericordiæ opus longè ferventioris charitatis exemplo, quã seculares, totaque animi sollicitudine Ecclesiastici peragant, & per ipsos augeatur in dies, mandamus.

1. S.Cong.Episc. 26. Augusti 1616. Conc. Prov. Neapol. sub Card.Cantel. tit.2. cap. 4. §.2. & 3. Synod. Petri Ursini hoc titulo.§.Funeris causa, & §. Quicumque.

1. Ut ad illud invitati tum Sacerdotes, tum Clerici, sive in sacris, sive in minoribus, aut prima tonsura initiati simul cum Parocho ab ejus Ecclesia ad locum, unde Defunctus efferendus erit, mundo superpelliceo induti, cumque clericali bireto proficiscantur, eumque ad Ecclesiam usque associent, in qua sepeliri debet.

2. S.Congregat. Conc. 3.Feb. 1666.& 29. Iunii 1682. & in Neapol.16.Maii 1682. S.Cong.Episc. & Reg. in Cotron. 18. Sept. 1617. & in Cassanen. 5. Maii 1617. Taxa Innocentiana. §. Come anche in modo alcuno. Conc. Prov. Neap. citat. cap.4. §.5. Synod. Petri Ursini ibid. §. Inhumanum.

2. Quando Defuncti hæredes non habent, quod statìm Parocho pro funere solvant, aut inter hunc, & ipsos dissentio aliqua super quantitate solutionis oritur, aut demum quando aliquod antè Parocho à Defuncto debitum solvere præfati hæredes detrectant, mandamus Parocho sub omni, ad quam arbitrium nostrum se valet extendere, pœna, ut Defuncto nunquam sepulturam retardet, aut aliquid de supellectili, seu vestibus, vel ornamentis cadaveri appositis in pignus, vel compensationem sibi accipiat, vel auferat; sed apud Nos, vel Vicarium nostrum Generalem compareat, judiciali via rem suam ab hæredibus obtenturus, juxtà pluries resoluta à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium.

3\.
S. Congreg. Episc. in cit. Caſſan. Conc. Prov. Firman. anno 1591. hoc tit. cap. 25. Rit. Roman. Rub. de Exequiis. §. Pauperes. Conc. Prov. Neap. cit. loco. §. 4. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. Si tanta. Syno. Caroli Caraf. c. 35. §. 7.

3\. Ne patiantur Parochi Defunctum aliquem ad ſepeliendum deportari, niſi cum cereis luminaribus accenſis, juxtà antiquam Fidelium Conſuetudinem. Quandò autem Defunctus aliquis ità pauper exiſtit, ut de proprio ſepeliri nequeat, nec propinquos habeat, qui ſupplere poſſint, nec demùm alicui Sodalitati, vel Confraternitati ſit adſcriptus, quo caſu ſodales ipſi, ſeu Confratres exequiarum expenſis ſuccumbere debent: tunc Parochi, ad quos ſpectat, ſine ullo emolumento, & omninò gratis, ac ſumptibus propriis illum ad ſepeliendum deducant, ſex adhibitis, ſi Adultus; ſi verò Parvulus fuerit, quatuor luminibus cereis, cunctiſque ſervatis Eccleſiæ ceremoniis. In quo ſi defecerint, arbitrariis pœnis, etiam ſuſpenſionis ab officio mulctabuntur.

4\.
Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 12. Synod. Petri Vrſini eodem tit. §. In pavimento.

4\. Jubemus, ne deinceps, pro cadaveribus humandis, Eccleſiarum, vel Sacriſtiarum pavimenta ſcindantur, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium quoad Eccleſiaſticos contrarium permittentes; quoad Adminiſtratores verò laicos, Interdicti ſuarum Eccleſiarum.

5\.
Synod. Petri Vrſini ibid. §. Bini incedant, & §. ſequent. Syn. Caroli Caraf. c. 35. §. 3.

5\. Prohibemus quoque Defunctorum cujuſvis conditionis, & ſtatus, ut ſepeliantur, deferri corpora ad Eccleſias in Rhedis, aut Sedibus, ſeu clam, furtim, noctu, aliove abuſivo modo, nullis adhibitis cæremoniis, ritibus, piis precibus, luminibus, omnique omiſſo Eccleſiaſticæ pompæ ſplendore, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda illud de-

fe-

ferentibus : Recipientibus verò ; aut sepulturæ tradentibus, ad nostrum arbitrium, si fuerint Ecclesiastici : excommunicationis, si laici : & Interdicti suarum Ecclesiarum, si Regulares, aut quomodolibet exempti.

6. Monitos volumus Clericos sive Seculares, sive Religiosos, quod si aliòqui liberum induxerint ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, alio-ve modo promittendum, ut in propria Ecclesia sepulturam eligat, vel ut jam electam immutet, anathematis vinculo, etiam non secuto effectu, remanent innodati, cujus absolutio Summo Pontifici reservatur : & ibi Defunctus sepeliendus est, ubi, seclusa dicta electione, sepeliri debuisset. Si verò sepultus jam sit, & infrà decem dies extractus non restituatur Parocho cum omnibus emolumentis, eorum Ecclesiæ, seu Oratoria ipso facto sub Interdictum cadent.

7. Cathedralis nostræ Capitulo inconsulto, quicunque humantes, seu sepelientes eos, qui absque sepulturæ electione decesserunt, etiam Regulares, ipso facto excommunicationem incurrant Nobis reservatam.

8. Admoniti sint Religiosi, quod ex Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, nec etiam sub cujusvis Consuetudinis prætextu accedere licitè possunt processionalitèr cum Cruce, vel aliàs ad levanda Defunctorum corpora sine licentia, & præsentia Parochi, quamvis in pro-

6. Synod. Petri Vrsini loc. citat. §. Quoniam.
Clement. Cupientes. de Pœnit. &c. §. fin.
Cap. 1. de Sepulturis in 6.
7. Synod. Petri Vrsin. hoc eodem tit. §. Si quis verò.
8. S. C. Conc. 11. Dec. 1615.
Conc. Later. 3. tit. de Sepultur. c. 4.
S. Rit. Cong. in Catanen. 18. Octobr. 1619. & in Vercell. 26. Febr. 1611.
S. Congr. Ep. in Montispil. 1581.
Conc. Prov. Neap. citat. cap. 4. §. 3.
Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Funeris causa.

pria eorum Ecclesia sepelienda forent: in qua, si absente ipso Parocho, ea sepelire ausi fuerint, interdicta statim manebit.

9. *Synod. Petri Ursini citat. loco, §. In efferendis.*

9. Ad Parochos quoque spectat viarum designatio, per quas Defunctorum corpora efferenda erunt, quamvis Regularium Ecclesiis sepelienda: secùs verò interveniente Capitulo.

10. *Synod. Petri Ursini tit. supracit. §. Si Cathedralis.*

10. Quemadmodum ex Decreto Sacræ Congregationis, pro Defunctorum corporibus ad sepulturam associandis, Clerus sive Secularis, sive Regularis in Parochiali Ecclesia convenire, & congregari debet, ut indè cum Parocho processionali ordine ad Defuncti domum conjunctìm accedant: ità paritèr quotiès ad exequias aliquas interventurum erit nostræ Cathedralis Capitulum, districtè præcipimus Parochis, ut ad Cathedralem ipsam omninò se conferant, hora per idem Capitulum præfinienda, sibique significanda, sub pœnis ad nostrum arbitrium, si de contrario dictum Capitulum solummodò conqueratur.

11. *Synod. Petri Ursini citat. loco, §. Mortuorum corpora, & §. Cæteri. Synod. Caroli Carafæ cap. 35. §. 1.*

11. Nullis mortuis, ultrà viginti quatuor horas, sepultura differatur. Nec repentino interitu sublati, antequam prædictus horarum elabatur numerus, absque nostra, vel Vicarii nostri Generalis licentia humari possint. Pro illis autem, qui aut ex vulnere, aut ex alio cujusvis generis continenti morbo obierunt, duodecim expectentur horæ.

PARS

PARS QVINTA
DE FORO JUDICIALI CURIÆ EPISCOPALIS.

CAPUT I.

De Regimine Curiæ.

COnstituisse Judam Machabæum Duces populi, Tribunos, & Centuriones, & Penticontarchos, & Decuriones, uti etiam jubente Domino egerat Moyses, qui Tribunalibus omni hora præsto forent, & causas expedirent, Judiciorum brevitatem, & assiduam juris dicendi rationem Nobis commendavisse, quin & præcepisse fuit: non enim satis est facere, nisi etiam maturè quid facias, docet Ambrosius: neque veriùs sacrificatur Sacrificium justitiæ, quam summa celeritate litium incendia, ut Ecclesia precatur, extinguendo. Id ut exactiùs perficiatur in Foro nostro contentioso, fiatque in eo, ut de vultu Dei prodeant æquitates, subsequentia definimus.

1. Ut ab Episcopali Foro omnis avaritiæ labes, & cupiditatis corruptela procul arceatur, quicunque illius ministri, ità in exactione mercedum, atque emolumentorum ratione officii ad eorum singulos respectivè spectantium, sibi prospiciant, ut à taxa-

1. Taxa Innocentiana sub die 8. Octobris 1678. Taxa Universalis ordinata in Conc. Prov. Neapol. sub Card. Cantel. quæ habetur in Appendice ejusdem Concilii fol. 138.

xatione noviſſimæ Povincialis Neapolitanæ Synodi de anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo nono, ei, quæ à sanctæ memoriæ Innocentio XI. emanavit, per omnia conformi, nec minimum aberrent: quam quidem in noſtra Curia patenti loco, ut omnibus fiat perſpicua, continẽtèr appenſam teneri jubemus, ſub pœnis in ea contentis, & aliis ad noſtrum arbitrium.

2. Modeſtiam item, ac benignitatem generatìm, ſed cum pauperibus, & miſerabilibus modo ſpecialiori oſtendant; nullamque ſcripturam expediant, ſub qua ab eis acceptæ ſolutionis, vel exhibitæ largitionis adnotatio non appareat. Cum iis verò, qui ſimplicitèr ex eleemoſynis vivunt, omninò gratis, & liberalitèr agant.

3. Sacrorum Canonum, necnon Conſtitutionum Synodalium à prædeceſſoribus noſtris zelo maximo, ac ſapientiſſimè conditarum præcautionibus inhærentes, præcipimus Vicario noſtro Generali, omnibuſque Tribunalis noſtri Miniſtris, & cuilibet eorum, ne ulla donorum, aut munerum ſpecie, etiam ſpontè oblatorum, vel per mediam perſonam ſe coinquinent, ſub pœna Vicario ipſi Generali privationis officii; cæteris verò ultrà eandem privationem, carceris etiam formalis ad noſtrum arbitriũ.

4. Cauſæ tum piæ, tum alimentorum, mercedum, idque genus aliæ, evitatis ſcripturarum copiis, & exceptionibus quibuſcunque dilatoriis, ſine figu-

ra

2. Conc. Prov. Neapol. tit. 12. c. 2. §. 2. & 3. Synod. Caroli Caraf. c. 36. §. 1.

3. Conc. Prov. Neapol. loc. cit. §. 1. Synod. Petri Vrſini tit. de Averſ. Epiſ. Curiæ, & Fori ratione &c. §. Quoniam autem. Synod. Caroli Caraf. c. 36. §. 2.

4. & 5. Cap. Finem litibus, & c. fin. de dolo, & contum. cap. 2. de re iudicata. c. Conſtitutus. de Procurator. Clem. Diſpẽdioſam. de iudiciis.

ra Judicii, & sola facti veritate inspecta, quamcitissimè enodentur, & decidantur, nisi Vicarius noster Generalis ex gravi aliqua consideratione alitèr procedendum esse judicaverit.

Conc. Prov. Neap. loc. citat. §. 3. & 4. Synod. Petri Vrsin. cit. tit. §. Causæ alimentorum.

5. Hoc ipsum sine ulla differentia servari præcipimus in causis ducatorum sex monetæ Regni summam non excedentibus, ità ut sine tela judiciaria, auditis oretenùs Partibus, prout in promptu constiterit, vel solutionis, vel absolutionis confestìm decisio proferatur.

Synod. Caroli Caraf. eodem cap. 36. §. 4.

6. Familiare est quibusdam Generali Vicario suspectionem opponere plerumque legitima non existente causa, sed solùm ut prorogent Judicia, & Adversarios exagitent cum gravi eorundem damno, Deique, ac Justitiæ offensa. Ad hujusmodi propterea cavillationes propulsandas statuimus, ut quicunque ex collitigantibus contra prædictum Generalem Vicarium, aut alium ex delegatis, vel delegandis à Nobis excipere voluerit, intrà octo dierum terminum, quorum quatuor ad proponendum, & quatuor ad probandum assignamus, oppositæ suspectionis causam coram Nobis proponere, & probare teneatur. Ea autem in dicto termino non probata, statìm habeatur suspectio pro non opposita, ac rejecta, & sine alia dilatione per ipsum Vicarium Generalem, sive per alios à Nobis delegatos Judices procedatur in causa ad ea, quæ incumbunt.

6. Trid. sess. 24. de Ref. c. 20. & sess. 25. de Ref. c. 10. in fin. Argum. text. in cap. finem litibus. & cap. fin. de dolo, & contum. Synod. Caroli Carafæ cit. c. 36. §. 9.

7. Nulla pejori confusione contingit unquam

7. Synod. Petri Vrsin. cit. tit. §. Testium.

Tribunalia turbari, quàm Ministrorum malignitate arcana ipsorum facilè revelantium, cum videlicet, ante, vel post Processum informativum, vel ad instantiam partis, vel Fisci in causis criminalibus, quod in eo probandum, vel probatum sit, manifestant: vel in causis civilibus non adhuc publicatis in grave tum Fisci præjudicium, tum Partium damnum, alterutrorum probationes collitigantibus patefaciunt. Proindè Promotorem nostrum, seu Procuratorem Fiscalem, Notarium, Actuarium, Scribam, & alios, ad quos Processuum, Actorum, Secretorumque nostræ Curiæ Episcopalis confidentia spectat, monitos volumus, ne quocunque prætextu, aut colore publicare, aut revelare in toto, vel in parte, voce, vel scripto audeant Tribunalis abscondita, sive quæ continentur in Processibus informativis ad instantiam Fisci, vel Partis, aut per Testium examen constitit, antequam publicatio, seu facultas in causis civilibus fiat, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ: ultrà quam ad cujuscunque damni compensationem ipsorum causa partibus illati, noverint etiam se teneri.

8. B. Pius V. in constit. Sanctiss. mus 27. Iunii 1570. Can. Episcopi. Can. Nemo. Canon. Nullus 11. q. 3. Cap. Sacro de Sent. excommunic. Conc. [illegible] 5. c. 2. [illegible] 25 de Ref. c. 3.

8. Literæ monitoriales pro rebus deperditis, aut subtractis, vel aliis de causis, à Vicario nostro Generali minimè concedantur, nisi res sit magni momenti, scilicet quæ valoris summam ducatorum quinquaginta saltèm excedat, adhibitis insupèr diligentiis per Sacrum Tridentinum Concilium requisitis.

ſitis. Revelationum verò copia ad finem tantùm agendi civilitèr detur, & dummodò ex eis nulla contrariæ parti directè, vel indirectè infamia inuratur. *Synod. Petri Vrſini ibid. § Literas cũ pluribus §§. ſequent.*

9. In cauſis tam civilibus, quàm criminalibus, ac etiam mixtis per excommunicationem, aliaſve cenſuras Eccleſiaſticas procedi, juxtà Sacrum Tridentinum Concilium, Sacroſque Canones, expreſsè prohibemus, niſi in ſubſidium tantùm, facta nimirùm exequutione reali, vel perſonali, & non priùs. 9. *Can. Si quis deinceps, in fine 17. q. 4. Concil. Trid. citat. cap. 3. ſeſſ. 25.*

10. Pro fundationibus Beneficiorum nullatenùs in noſtra Curia formentur Aſſenſuum Decreta, niſi de plano conſtet, quòd omnibus deductis expenſis, duodecim ad minus ſcuta Regni annua in Beneficiatorum utilitatem, & commodum libera, & ab omni onere abſoluta ſuperſint. *Synod. Petri Vrſini titulo ſupracitat. § In Eccleſiaſticis.*

CAPUT II.

De Vicariis Foraneis.

SIcut fluvius ille Paradiſi voluptatis ſolus Terræ ſuperficiem irrigare impotens, univerſæque neceſſitatibus occurrere, quatuor à ſe flumina, quaſi miniſtros plagis Orientalibus tranſmiſit: ità quilibet Eccleſiarum Prælatus diverſos Vicarios, & plures ſubrogatos, quibus, veluti manus digitis, utitur, non idcircò imbecillior evadens, ſed ad omnem uſum habilior, Eccleſiaſticamque Rempu-

blicam moderando aptior. Cum itaque nos in eadem simus cæterorum Præsulum, imò in majori imbecillitate, ut non omnia propriis oculis intueri, nec ubique præsentes esse possimus, plures Vicarios Fora-
1. neos, qui nostras vices gerant, constituere gregis custodes statuimus.

1. Hujusmodi autem nostris ministris, necnon ipsis injuncti muneris honorificentiæ, ac decori prospicientes, mandamus, ut cuncti de assignato eis Clero uti tales eos contemplentur, ac omni, qua par est, reverentia prosequantur.

2. Facultatem eisdem tribuimus, ut causas minimas, quæ scilicèt tria scuta Regni non superant,
2. summariè, & absque ullis solennitatibus, promptè resolvere valeant, dexteritate, modo, & forma personarum qualitati, ac justitiæ magis congruis.

3. 3. In Processionibus etiam funeralibus, quas in eorum Vicariatus oppidis fieri contigerit, cæteros de illo Clero, Parocho excepto, præcedant: locum habeant in Choro potiorem: & ante omnes thurifi-
5. centur, non obstante aliorum Clericorum, vel Sacerdotum antianitate.

4. Monemus itidem Parochos, intrà quorum confinia hujusmodi Vicarii degunt, ut Palmarum, & Purificationis diebus, speciali signo, Palmæ scilicèt, ac Candelæ, eosdem à cæteris in distributione distinguant.

5. Siqua in suis quibusque oppidis per nostros pa-

Conc. Prov. Med. 1. part. 2. hoc titulo S.Cong.Epis. 9.Jun.1592. S.Rit.Congr. 3.Jun.1629. Conc. Prov. Neapol. sub Card.Cantel. tit. 8. cap. 3. §.1.

2. S.Cong.Epis. & Regul. 9. Junii 1592.

3. Conc. Prov. Mediol. cit. S.Caroli p.2. tit. de Vicariis Foraneis

5. Cap. Vt singulæ. de officio Archipr. Conc. Prov. Neapol. loco citat. §.3. & §.2. Conc. Prov. Med. 1. S.Caroli part. 2. hoc eod. tit.

patrari subditos delicta noverint, ea statìm fidelitèr deferant ad Nos, vel ad Vicarium nostrum Generalem, quos item semèl in mense de Violatoribus festorum, de Vita, & Moribus Ecclesiasticorum, deque cæteris admonebunt, quorum à Nobis instructionem accipient, sub pœnis ad arbitrium nostrum, & remotionis ab officio.

6. Accuratione plurima disquirant, an Parochi Ecclesiarum sui Vicariatus gravissimo Animarum oneri, prout debent, usquequaque satisfaciant? an singulis festivis diebus pueros, cæterosque indigentes Christianæ Fidei initia, juxtà nostras Synodales Constitutiones, edoceant? an Sacramenta assiduè, sollicitèque, ægrotantibus præsertìm, administrent? an ad eosdem in extremo agone laborantes alacritèr accurrant, sufficientes eis contra antiquum hostem auxilia? an demum pastorali zelo, aliisque sibi necessariis conentur fulgere virtutibus? quos autem defectuosos viderint, Nobis pro casuum qualitate, aut illicò, aut in mensali accessu, nullo personarum habito discrimine, detegant.

6. Conc. Prov. Med. 4. 5. Caroli tit. de bis, quæ pertinent ad Extrem. Unct. Concil. Prov. Neapol. loco cit. §. 5.

7. In reliquos paritèr Ecclesiasticos, & maximè in Clericos oculos intentos habeant, an, juxtà eorum debitum, Sacras Parochiales Ædes ad serviendum in Divinis frequententent? an in vestibus talaribus, & Clericali tonsura nostro se Edicto conforment? & an moralium discussionum Congregationibus interveniant? omniaque Nobis mensatìm annuncient.

7. Conc. Aquileien. de anno 1599. Rubr. 18. Cōc. Aquen. anno 1585. hoc. tit. Conc. Prov. Neapol. eod. cap. 3. §. 4. & §. 6. Conc. Prov. Med. 1. loc. supracit.

 8. Toto

8. 8. Toto nixu, ſummoque ſtudio curent, ut quæcunque à Nobis, vel in Sanctis Viſitationibus, vel in Edictis, vel in Regulis, ſeu alio quovis modo conſtituta fuerint, omnimodam ſortiantur executionem; eorumque inobedientiam, ſi quando adfuerit, Nobis, vel Vicario noſtro Generali aperiant.

Ex cit. Conc. Prov. I. Mediol. S. Car.

CAPUT III.

De Conſtitutionibus Synodalibus recipiendis, atque obſervandis.

OMnibus, Deo propitiante, ſalubritèr concluſis, quæ ad ipſius obſequium, & populorum ſpirituale juvamen ſtatuenda cenſuimus, illud ſupereſt, ut cuncti in lætitia ſalutari, & ſpiritu principali confirmati, unanimitèr ex Bernardo dicant obedire Præpoſito ſuo, qui pervigilat tanquam redditurus rationem pro animabus eorum, & nō cum triſtitia ea perficiant quæ ab eo ſancita ſunt, ediſcantque Nobis, qui Dei miſeratione, & non voluntate noſtra, nec meritis eis præſumus, ſuis quiſque factis reſpondere cum Propheta, Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis; ac proindè.

1. 1. Unuſquiſque ſive Eccleſiaſticus, ſive laicus; prout quemlibet ipſorum concernunt has Conſtitutiones, ex Sacris Canonibus, Sacroſanctis Conciliis, Tridentino præſertìm, Pontificiis Sanctionibus, Sacra-

Synod. Petri Urſini tit. de iis, quæ generatim ad conſt. Synod. pertinent, §. Volumus.

crarum Congregationum Declarationibus, & Prædecessorum nostrorum Synodis erutas, universaque in eis cōtenta inviolabilitèr exequi studeat. Quocirca vim legis eas habere post mensem à die publicationis, & ab omnibus, & singulis observandas esse dicto tempore elapso sub præinsertis pœnis per contraventionis reos infallibilitèr luendis, expresè volumus, & declaramus.

2. Ultrà verò prædictas specialitèr decretas pœnas, aliis nihilominùs tum Juris, tum nostri arbitrii in suo robore permansuris dictarum Constitutionum violatores se obnoxios futuros noverint: nullo prorsùs præjudicio irrogato potestati nostræ, nostrorumque pro tempore successorum ex præsentis Synodi dispositionibus, pœnarumque præscriptionibus, quìn libera illa, ac plenè soluta remaneat, possitque, si velit, addere, minuere, mutare, aggravare, dispensare, pluraque facere, prout necessitas suaserit, temporum vicissitudo exegerit, vel recta dictaverit ratio. 2. *Synod. Petri Vrsini eodem tit. §. Quicunque.*

3. Siqua ex his Constitutionibus dubia, vel difficultates obortæ, declaratione, vel interpretatione opus habuerint, Nobis ipsis solùm authoritatem eas declarandi, & successoribus nostris reservamus. 3. *Synod. Petri Vrsini, citat. tit. §. Si in eisdem. Synod. Caroli Caraf. c. 38. §. 3.*

4. Synodales omnes, & singulas censuras antehac à Prædecessoribus nostris latas abolemus, revocamus, & abrogamus: easque dumtaxàt vigere, ac persistere, subditosque nostros tam Ecclesiasticos, 4. *Syno. Caroli Carafæ cap. 38. §. 1.*

quàm

quàm laicos in posterum illaqueare, & afficere posse decernimus, & declaramus, quæ in præsenti Synodo reperiuntur. Leges verò eorundem, quæ nostris præsentibus Constitutionibus non adversantur, confirmamus.

5\. *Synod. Petri Ursini tit. de iis, quæ generatim ad Const. Synod. pertinent. §. Singulis. Synod. Caroli Caraf. cit. cap. 38. §. 2.*

5\. Ut autem quemquam non lateat quòd sua interest, neve aliquis in occurrentibus casibus Regulam ignoret, singulis Civitatis Aversanæ, ac Dioeceseos Clericis tum simplicibus, tum sacris initiatis, vel Beneficium aliquod quomodocunque obtinentibus præcipimus, ut præsentium Constitutionum exemplum sibi comparent, ad quarum normam compositi in earum observantia religiosè proficere, aliosque instruere in Domino valeant.

6\. Postremò, quia quæcunque per Nos in hac eadem Sancta Synodo sancita sunt, & disposita, ad christianæ Pietatis, & Catholicæ Fidei in nostra Dioecesi puram conservationem, & illustrem progressum pertinent, quam Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Magistra, Mater, & Caput ubique terrarum docet, ac prædicat: ideò Sanctæ, & Apostolicæ Sedis beneplacito, illiusq; infallibili judicio, quam neque hæretica corrūpere pravitas, nec pagana potuit, aut poterit unquem superare perfidia, omnia in ea contenta subiicientes, in ejus veræ Fidei confessione usque ad ultimum vitæ spiritum immutabilitèr Deo adjuvante permanere speramus.

INNICUS EPISCOPUS AVERSANUS.

Joannes Baptista de Tufo Canonicus Secretarius.

ROGITUS ACTORUM.

IN Dei nomine Amen. Præsenti publico instrumento cunctis pateat evidentèr, & notum sit, qualiter anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septincentesimo secundo, indictione decima, die verò quarta mensis Novembris, Festo Sancti Caroli, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia PP. XI. anno Secundo feliciter. Aversæ in Ecclesia Cathedrali, præsidente Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Innico Caracciolo Episcopo Aversano, Soliique Pontificii Assistente, ac præsente Reverendissimo Capitulo, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ, universoque Clero, tam Civitatis, quàm Diœcesis, ibidem ad Synodum Diœcesanam celebrandam, per edictum respectivè vocato, ac legitimè congregato, post Processionem, & Missam Pontificalem, ac sermonem à R.D. Gabriele de Lisa habitum, omnia, & singula in actis suprascriptis, atque ante Synodalia decreta insertis, redacta, & fidelitèr enarrata, gesta, atque peracta sunt, necnon per Dominum D. Joannem Baptistam de Tufo Canonicum Presbyterum ejusdem Ecclesiæ, ac Synodi Secretarium, alta, & intelligibili voce è suggesto lecta, & publicata fuere: primum scilicet decreta Synodi præliminaria de Synodi incboatione, ac reliquis, prout in eisdem actis, ac etiam electio, designatio, & deputatio Examinatorum, ac Judicum, necnon Testium Synodalium, etsi horum suppresso

nomine,

nomine, emissaque Fidei professio ab omnibus, & singulis, qui eam emittere tenebantur, & lecta postremò aliqua Synodi decreta: cumque advesperasceret prorogata fuit sessio pro die sequenti, quæ fuit quinta No*vembris, in qua secunda sessione absolutis priùs solitis precibus, & cœremoniis, idem* Dominus Secretarius *prosequutus fuit lectionem decretorum. Posteà verò sequenti pariter die, festa ejusdem mensis* Novembris, *ac tertia sessione Synodali, idem prosequutus fuit lectionem usque ad finem ultimæ partis hujusmodi decretorum, ac præfatis omnibus, prout pariter in actis præscriptis exprimuntur, celebratis, gestis, publicatis, atque peractis, per eundem* Dominum Secretarium *dictum fuit,* Placent ne vobis *Domini Canonici,Curati, & tota Synodus, quæ hactenùs decreta, ordinata, & constituta sunt? Ipsique* Domini *Canonici,cæterique* de *Clero responderunt* Placent: *solummodò* R. D. *Matthæus Salzanus Rector portionarius* S.*Mariæ de Platea Aversæ, alter ex procuratoribus R.Cleri Aversani, petita priùs licentia ab eodem Illustrissimo, & Reverendissimo* Domino *Episcopo,respondit hujusmodi verba,* Acceptamus, dummodò talia decreta Synodalia sint rationabilia,& necessaria:*necnō R.D.Sebastianus Capaccius,Parochus Casapisellæ, alter ex procuratoribus R.Cleri* Diœce*sani,dixit sequentia verba,* Stante, quod nonnulla decreta hujus Synodi sunt obscura, & indigent explicatione, ideò usque dum non explicabuntur suspendimus acceptationem:*undè Adm.*

R.D.

R.D.*Joseph Ghiaccio Cantor dictæ Ecclesiæ,ac Synodi Theologus respondit*, *quod* ad exuberantiam dictum est, Placet ne vobis,leges autē Synodales, ad earum observantiā,non indigent consensu Cleri;*at Illustrissimus* Dominus *Episcopus dixit*,libentèr audiam petitiones vestras: *&* *demum per eundem Dominum Secretarium publicatum fuit decretum de Synodi dimissione, factaque Cleri vocatione, ac obedientia exhibita Illustrissimo Domino,cū hujusmodi benedictione Synodus dimissa fuit,& cum gratiarum actione per Hymnum,*Te Deum laudamus, *cæterasque preces,ac cœremonias præscriptas. Super quibus omnibus, ac eorum singulis,instante Adm.*R.D.D.*Antonio Merenda,præfatæ Ecclesiæ* Decano, *ac Synodi promotore, petitum fuit, ut ego tanquam Synodi Notarius, unum, vel plura, publicum, seu publica, conficerem, atque traderem instrumentum, seu instrumenta, prout opus fuerit, & rogatus ero. Actum ibidem anno, indictione, diebus, & Pontificatu quibus supra. Præsentibus, atque audientibus, & illigentibus* R. D. *Dominico de Virgilio*, R. D. *Josepho Mallardo*, R. D. *Emilio Salzano Aversanis,aliisque testibus,ad prædicta omnia,& singula, vocatis,habitis, atque rogatis.*

Auditis deindè ab eodem Illustrissimo Domino præfatis RR. D. *Matthæo Salzano,&* D. *Sebastiano Capaccio, ac eis declaratis dubiis propositis, iidem non solum voce, sed per sequentes, quæ hìc adnectuntur comparitiones, eorum plenum, & liberum assensum, con-*

ſenſum, & placitum antedictis decretis Synodalibus præſtiterunt. In quorum fidem, &c.

Ego Thomas Juvenis Sacerdos Averſanus publicus Apoſtolica autoritate Notarius, *Synodique pariter* Notarius, *de præmiſſis rogatus, præſens publicum Inſtrumentum confeci, ſubſcripſi, publicavi, ac ſolito, quo utor, ſigno, requiſitus ſignavi.*

Copia,

Copia,&c.

EGo D. *Sebastianus Capaccio Parochus Ecclesiæ Parochialis sub titulo Sanctæ Crucis Terræ Casapisellæ unus ex Deputatis Diœcesanis Cleri ad Synodo interessendum, quæ celebrata fuit in Cathedrali Ecclesia Aversana ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino D. Innico Caracciolo ejusdem Civitatis Episcopo, sub die quarta, quinta, & sexta mensis Novembris* 1702. *in præfato consessu Synodali publicè, & reverentèr præfatum Illustrissimum rogavi, ut dignaretur mihi Deputato pro parte dicti Cleri aliqua circa decreta ejusdem Synodi promulgata magis aperire, & declarare, ut promptior esset nobis illorum decretorum observantia, cumque dictus Illustrissimus benignè annueret, me ipsum coram Præfato Illustrissimo, & ejusdem Domini Consultoribus constitui die* 12. *prædicti mensis, & humilitèr petii circa aliqua capita dictam declarationem, qua plenè habita, omnia justa, rationabilia, Juri, Conciliis, Sacræ Congregationis declarationibus, consona, & uniformia cognovi; quapropter libentèr Placent, respondi. In quorum fidem præsentes subscripsi manu propria. Aversæ die* 12. *Novembris* 1702.

Ego D. Sebastianus Capaccio Parochus Deputatus manu propria.

Die 12. *Novembris* 1702. *Aversæ, &c. præsentata per supradictum R. D. Sebastianum Capaccio, &c. quæ, &c.*

Die 15. Novembris 1702. *Aversæ, &c. præsentata per R.D. Matthæum Salzanum, quæ, &c.*

Ab actis Synodalibus Curiæ Episcopalis Aversanæ à suo proprio originali extracta est præsens copia, & facta collatione concordat, meliori, &c. & in fidem, &c.

Ita est D. *Thomas Juvenis Synodi* N*otarius.*

Post præsentium Synodalium Decretorum *publicationem, pro parte Canonicorum Cathedralis Aversanæ, fuit supplicatum, ut Illustrissimus* Dominus, *antequam decreta Synodalia Typis mandarentur, dignaretur declarare sequentia, v3.*

Parte 3. cap. 5. de Divinis Officiis ad §. 3. circa finem.

1. An alii Canonici, incipiendo à dignioribus, hujusmodi jussum possint dare?.

2. Ibidem ad §. 16.

Num ii, qui dignitates obtinent, & sunt à tali requisitione excepti, possint à Choro exire ad Missas celebrandas?

3. Ibidem ad §. 19.

An non solùm directio cantus, sed & processionum spectet ad Cantorem?

4. Parte 4. cap. 1. de Capitulo.

Ad §. 19. Num ad talem electionem requiratur consensus majoris partis Capituli, sive Canonicorum?

5. Parte 3. cap. 5. de Divinis Officiis.

Ad §. 16. Absente Thesaurario, si necessitas urgeat, à quo vocandi sint Canonici ad Missas celebrandas?

Quibus

Quibus Illustrissimus Dominus consideratis, & maturè perpensis, suam mentem declaravit, & respondit.

Ad primum. posse, si in Ecclesia non sit præsens aliqua dignitas.

Ad secundum. posse; dummodò non omnes simul, sed unus tantum post alium exeat: quòd si alter, antequam primus ad Chorum sit regressus, ab eodem hac de causa exeat, pro modo absentiæ distributione privetur.

Ad tertium. tantùm directione cantus; Processionum verò semper ad digniorem præsentem spectare, nisi alitèr à Nobis, vel Vicario nostro fuerit præscriptum.

Ad quartum. affirmativè; Examen autem, & approbatio spectat ad Cantorem tantùm privativè, eoque absente, vel impedito, ad suum succentorem.

Ad quintum. Ab alio Canonico Presbytero, qui fuerit ab eodem Thesaurario ad hoc deputatus.

INDEX CAPITVM,

Quæ in quinque partibus conti-tinentur Synodalium Con-ſtitutionum.

PARS PRIMA.

PARS SECUNDA.

PARS TERTIA.

PARS

PARS QUARTA

PARS QUINTA

APPENDIX

AD PRIMAM

SYNODVM DIOECESANAM

EDITAM ANNO DOMINI MDCCII.

AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOM.

D. INNICO

CARACCIOLO

Dei,& Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopo Averſano, Soliique Pontificii Aſſiſtente .

nomine, emissaque Fidei professio ab omnibus, & singulis, qui eam emittere tenebantur, & lecta postremò aliqua Synodi decreta: cumque advesperasceret prorogata fuit sessio pro die sequenti, quæ fuit quinta Novembris, in qua secunda sessione absolutis priùs solitis precibus, & cæremoniis, idem Dominus *Secretarius prosequutus fuit lectionem decretorum. Posteà verò sequenti pariter die, sesta ejusdem mensis* Novembris, *ac tertia sessione Synodali, idem prosequutus fuit lectionem usque ad finem ultimæ partis hujusmodi decretorum, ac præfatis omnibus, prout pariter in actis præscriptis exprimuntur, celebratis, gestis, publicatis, atque peractis, per eundem* Dominum *Secretarium dictum fuit*, Placent ne vobis D*omini Canonici,Curati, & tota Synodus, quæ hactenùs decreta, ordinata, & constituta sunt? Ipsique* Domini *Canonici,cæterique de Clero responderunt* Placent: *solummodò* R. D. *Matthæus Salzanus Rector portionarius* S.*Mariæ de Platea Aversæ, alter ex procuratoribus* R.*Cleri Aversani, petita priùs licentia ab eodem Illustrissimo, &* Reve*rendissimo* Domino *Episcopo,respondit hujusmodi verba,* Acceptamus, dummodò talia decreta Synodalia sint rationabilia,& necessaria:*necnõ* R.D.*Sebastianus Capaccius,Parochus Casapisellæ, alter ex procuratoribus* R.*Cleri* Diœ*cesani,dixit sequentia verba,* Stante, quod nonnulla decreta hujus Synodi sunt obscura, & indigent explicatione, ideò usque dum non explicabuntur suspendimus acceptationem:*undè Adm.*

R.D.

R.D. Joseph Ghiaccio Cantor dictæ Ecclesiæ, ac Synodi Theologus respondit, *quod* ad exuberantiam dictum est, Placet ne vobis, leges autẽ Synodales, ad earum observantiã, non indigent consensu Cleri; *at Illustrissimus* Dominus *Episcopus dixit*, libentèr audiam petitiones vestras: *& demum per eundem Dominum Secretarium publicatum fuit decretum de Synodi dimissione, factaque Cleri vocatione, ac obedientia exhibita Illustrissimo Domino, cũ hujusmodi benedictione Synodus dimissa fuit, & cum gratiarum actione per Hymnum*, Te Deum laudamus, *cæterasque preces, ac cæremonias præscriptas. Super quibus omnibus, ac eorum singulis, instante Adm.* R.D.D. *Antonio Merenda, præfatæ Ecclesiæ* Decano, *ac Synodi promotore, petitum fuit, ut ego tanquam Synodi Notarius, unum, vel plura, publicum, seu publica, conficerem, atque traderem instrumentum, seu instrumenta, prout opus fuerit, & rogatus ero. Actum ibidem anno, indictione, diebus, & Pontificatu quibus supra. Præsentibus, atque audientibus, & illigentibus* R. D. *Dominico de Virgilio, R. D. Josepho Mallardo, R. D. Emilio Salzano Aversanis, aliisque testibus, ad prædicta omnia, & singula, vocatis, habitis, atque rogatis.*

Auditis deindè ab eodem Illustrissimo Domino præfatis RR. D. Matthæo Salzano, & D. Sebastiano Capaccio, ac eis declaratis dubiis propositis, iidem non solum voce, sed per sequentes, quæ hìc adnectuntur comparitiones, eorum plenum, & liberum assensum, con-

 sen-

ſenſum, & placitum antedictis decretis Synodalibus præſtiterunt. In quorum fidem, &c.

Ego Thomas Juvenis Sacerdos Averſanus publicus Apoſtolica autoritate Notarius, Synodique pariter Notarius, de præmiſſis rogatus, præſens publicum Inſtrumentum confeci, ſubſcripſi, publicavi, ac ſolito, quo utor, ſigno, requiſitus ſignavi.

Copia,

Copia,&c.

EGo D. *Sebastianus Capaccio Parochus Ecclesiæ Parochialis sub titulo Sanctæ Crucis Terræ Casapisellæ unus ex Deputatis Diœcesanis Cleri ad Synodo interessendum, quæ celebrata fuit in Cathedrali Ecclesia Aversana ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino D. Innico Caracciolo ejusdem Civitatis Episcopo, sub die quarta, quinta, & sexta mensis Novembris* 1702. *in præfato consessu Synodali publicè, & reverentèr præfatum Illustrissimum rogavi, ut dignaretur mihi Deputato pro parte dicti Cleri aliqua circa decreta ejusdem Synodi promulgata magis aperire, & declarare, ut promptior esset nobis illorum decretorum observantia, cumque dictus Illustrissimus benignè annueret, me ipsum coram Præfato Illustrissimo, & ejusdem Domini Consultoribus constitui die* 12. *prædicti mensis, & humilitèr petii circa aliqua capita dictam declarationem, qua plenè habita, omnia justa, rationabilia, Juri, Conciliis, Sacræ Congregationis declarationibus, consona, & uniformia cognovi; quapropter libentèr Placent, respondi. In quorum fidem præsentes subscripsi manu propria. Aversæ die* 12. *Novembris* 1702.

Ego D. Sebastianus Capaccio Parochus Deputatus manu propria.

Die 12. *Novembris* 1702. *Aversæ, &c. præsentata per supradictum R. D. Sebastianum Capaccio, &c. quæ, &c.*

Ab actis Synodalibus Curiæ Episcopalis Aversanæ à suo proprio originali extracta est præsens copia, & facta collatione concordat, meliori, &c. & in fidem, &c.

Ita est D. Thomas Juvenis *Synodi* Notarius.

Copia,&c.

EGo D.Matthaeus Salzanus R.Parochus S.Mariae de Platea Civitatis Aversae unus ex Deputatis ad interessendum Synodo pro parte Cleri Urbani ejusdem Civitatis, quae celebrata fuit die quarta, quinta, & sexta hujus mensis Novembris 1702. *ab Illustrissimo, & Reverendissimo* Domino D. *Innico Caracciolo Episcopo Aversano, cum publicationi ejusdem Synodi assisterem, ejusque decretis auditis tertia die, Synodo jam peracta, & integrè celebrata à meo loco surrexi, & eundem Illustrissimum Dominum humillimè rogavi, ut aliqua à me rationabilia proponenda audiret pro parte ejusdem Cleri, & aperiret clariùs aliqua decreta ejusdem Synodi ut promptiùs possent observari, & cũ praedictus Illustrissimus benignè annueret coram eodem interfui die decimaquinta Novembris, & propositis dubiis pro claritate, & aliis propositionibus pro parte dicti Cleri, idem Illustrissimus omnia, quae petii declaravit, quapropter eadem decreta uti rationabilia, Juri, Sacris Conciliis, & dispositionibus, ac decretis Sacrae Congregationis consona, & conformia agnovi. Undè pro parte ejusdem Cleri eidem Praesuli gratias egi, & meo cum gaudio Placent dixi. In quorum fidem praesentes propria manu scripsi, & subscripsi. Aversae die decima quinta Novembris* 1702.

Ego D.*Matthaeus Salzanus Rector Parochus Sanctae Mariae de Platea de Aversa Deputatus Synodi, ut suprà.*

Die

Die 15. *Novembris* 1702. *Aversæ,&c.præsentata per* R.D.*Matthæum Salzanum, quæ,&c.*

Ab actis Synodalibus Curiæ Episcopalis Aversanæ à suo proprio originali extracta est præsens copia, & facta collatione concordat, meliori, &c. & in fidem, &c.

Ita est D. *Thomas Juvenis Synodi Notarius.*

Post

Post præsentium Synodalium Decretorum publicationem, pro parte Canonicorum Cathedralis Aversanæ, fuit supplicatum, ut Illustrissimus Dominus, antequam decreta Synodalia Typis mandarentur, dignaretur declarare sequentia, v3.

Parte 3. cap. 5. de Divinis Officiis ad §. 3. circa finem.

1. An alii Canonici, incipiendo à dignioribus, hujusmodi jussum possint dare?.

2. Ibidem ad §. 16.

Num ii, qui dignitates obtinent, & sunt à tali requisitione excepti, possint à Choro exire ad Missas celebrandas?

3. Ibidem ad §. 19.

An non solùm directio cantus, sed & processionum spectet ad Cantorem?

4. Parte 4. cap. 1. de Capitulo.

Ad §. 19. Num ad talem electionem requiratur consensus majoris partis Capituli, sive Canonicorum?

5. Parte 3. cap. 5. de Divinis Officiis.

Ad §. 16. Absente Thesaurario, si necessitas urgeat, à quo vocandi sint Canonici ad Missas celebrandas?

Quibus

Quibus Illustrissimus Dominus consideratis, & maturè perpensis, suam mentem declaravit, & respondit.

Ad primum. posse, si in Ecclesia non sit præsens aliqua dignitas.

Ad secundum. posse; dummodò non omnes simul, sed unus tantum post alium exeat: quòd si alter, antequam primus ad Chorum sit regressus, ab eodem hac de causa exeat, pro modo absentiæ distributione privetur.

Ad tertium. tantùm directione cantus; Processionum verò semper ad digniorem præsentem spectare, nisi alitèr à Nobis, vel Vicario nostro fuerit præscriptum.

Ad quartum. affirmativè; Examen autem, & approbatio spectat ad Cantorem tantùm privativè, eoque absente, vel impedito, ad suum succentorem.

Ad quintum. Ab alio Canonico Presbytero, qui fuerit ab eodem Thesaurario ad hoc deputatus.

CLE-

INDEX CAPITVM;

Quæ in quinque partibus continentur Synodalium Constitutionum.

PARS PRIMA.

PARS SECUNDA.

PARS TERTIA.

PARS QUARTA

PARS QUINTA

APPENDIX

AD PRIMAM

SYNODVM DIOECESANAM

EDITAM ANNO DOMINI MDCCII.

AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOM.

D. INNICO

CARACCIOLO

Dei,& Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopo Averſano, Soliique Pontificii Aſſiſtente .

I.

CLEMENTIS PP. X.

Conſtitutio, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem, declarantur.

CLEMENS Epiſcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

SUperna magni Patrisfamilias præordinatione creditum Nobis univerſalis Eccleſiæ myſticum agrum circumſpecta providentia cuſtodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) ſatagentes, animum in eas curas libentèr intendimus, quibus valeant diſsidia inter villicos, & operarios componi, jurgia tolli, ſcandalis, atque offenſionibus aditus præcludi; Ut quibus una fides, una Mater Eccleſia, & unus Dominus, qui charitas eſt, & pacis cogitans cogitationes, fiat etiam cor unum, atque anima una; ſic etenim evulſis opportunè zizaniis, dum plãtamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; Quo benedicente meſsis multa fructu centeſimo cœleſte in horreum congregabitur.

1. Sanè cùm Sacri Concilii Tridentini decretis providè ſtatutum fuerit, ut Regulares cujuſcunque Ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædi-

care

care non poſsint, cum qua licentia perſonalitèr ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionẽ petere teneantur, antequàm prædicare incipiant; In Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultrà licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum, nullo modo prædicare poſsint. Atque ut nullus ſecularis, ſive Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis poſsit confeſsiones Secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, niſi aut Parochiale beneficiũ obtineat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur; Et approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & conſuetudine quacunque non obſtantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejuſmodi in aliquibus Diœceſibus excitatas fuiſſe, ex quibus controverſiæ, & diſſenſiones præmultæ in diem ſubſequi poſſent, occaſione privilegiorum, quæ per Sedem Apoſtolicam Religioſis Ordinibus conceſſa fuerunt.

2. Non attendentes, quòd aliàs diverſis temporibus prædictæ dubitationes, & controverſiæ nonnullis Prædeceſſorum noſtrorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, earumque Declarationibus

bus definitæ fuerint; Ejuſmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magiſque diſſenſionum tollantur ſemina, & impoſterum firmior in Agro Dominico pax Chriſti floreat, pro ſummo, quo fungimur Apoſtolatus officio, novis Apoſtolicis literis muniendas duximus, & roborandas; Itàque de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanę Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præſtantium, & matura deliberatione noſtra, atque ex certa ſcientia, hac generali, & perpetuò valitura Conſtitutione decernimus, & declaramus.

3. Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere; prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quod ſi Epiſcopus benedictionem nedùm non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis quidèm Eccleſiis licere Regularibus prædicare; Eoſque contravenientes ab illo tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegato cenſuris, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis in vim Conſtitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædeceſſoris Noſtri, incipientis, Inſcrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri poſſe. Epiſcopum tamèn abſque juſta, & rationabili cauſa contradicere non debere. Et hujuſmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, ſi in quibuſcunque Oratoriis ſui Ordinis ſermonem coram Populo, vel in Eccleſiis, aut ad Crates Monaſteriorum Sanctimonialium eorum juriſdictioni ſubjectarum, licèt clauſis januis, & nullus ſecularis ibi interſit, habere voluerint. Poſſe autem

Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare; Si ità ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semèl iisdem concessam ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generatìm prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

4. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones secularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati. Et generalitèr approbatos ab Episcopo ad personarum secularium confessiones audiendas, nequaquàm censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; Atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semèl deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audi-

re,

re, ſed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. Cæterùm in Monaſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà Regularia Inſtituta vivitur, poſſe, tam Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Regularium eorundem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, audire confeſſiones illorum ſecularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales, non autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt. Illos autem Religioſos, qui ad confeſſiones audiendas idonei generalitèr reperti fuerint, ab Epiſcopis, generalitèr quoque, & indiſtinctè abſq; aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis Perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui, non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semèl autem ſimplicitèr approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcumque etiam infirmorum confeſſiones audire abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen confeſſione teneri dictos Religioſos eorundem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſsiones præcipui: ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltèm per ſcripturam apud ipſum Infirmum relinquendam.

5. Et eos, qui dictis Religioſis ſimplicitèr approbatis Paſchali tempore confeſsi fuerint, Conſtitutioni, quæ in-

incipit, Omnis utriusque sexus, quoad confessionem dumtaxàt satisfecisse censendos. Regulares verò ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simplicitèr, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secùs autem ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis, approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxàt, ubi eam sibi aperiri postulaverit.

6. Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à Confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; utique eam causam ad confessionis ministerium pertinere, ac proindè nihil obstare, quominùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simùl unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenùs posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Jesu,

con-

concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deindè Apostolicis, etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

7. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere pœnitentes à censuris quoad externum, & Judiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimmò censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum,

sed

ſed cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio, prout aliàs Conſtitutione Prædeceſſoris Noſtri fel. rec. Clementis IV. ſtatutum fuit, eſſe requirendam.

8. Decernentes ſic, & non aliàs per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quoſvis alios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

9. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque quorumvis Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jeſu, ac cujuſvis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, Conventuum, Capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum quorumcumque, tam Secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis, & privilegiis, etiam in corpore Juris clauſis, aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fun-

fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis, & insertis habentes, illis, quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialitèr, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

10. Cæterùm quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari.

11. Vo-

11. Volentes, quòd earundem præſentium literarũ tranſumptis, etiam impreſſis, manu tamen alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis in Judicio, & extrà illud, ubi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

12. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decreti, declarationis, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo, undecimo Kal. Julii. Pontificatus noſtri anno Primo.

G. Dat. I.G.Sluſius.

Viſa de Curia P.Ciampinus. *D.Ciampinus.*

II.

Decretum Sac. Congreg. Cardinalium S. Concil. Tridentini Interpretum de mandato Innocentii XI. circa Communionem Quotidianam, & Confeſſionem Venialium.

CUm ad aures Sanctiſsimi D.N. fide dignorum teſtimonio pervenerit in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ Communionis, etiam in Feria ſexta Paraſceve, & ſimul affirmari eandem quotidianam Communionem præceptam eſſe à jure Divino, quin etiam in

illius

illius administratione aliquos abusus inolevisse; videlicèt, quòd aliqui non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aut secretò illis deferunt Sacerdotes seculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sac. Congregationi Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum, eadem Sac. Congregatio prævia matura discussione super prædictis, unanimi sententia ità censuit: etsi frequens, quotidianusve Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquàm tamen, aut sæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantùm indicavit, cum inquit: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent*; Idque non immeritò; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritus alienationes, multæ è contra gratiæ, & Dei dona parvulis concessa: quæ cum humanis oculis scrutari non possimus. nihil certè de cujusque dignitate, atque integritate, & consequentèr de

 fre-

frequentiori, aut quotidiano vitalis panis esu potest constitui. Et propterea quod negotiatores ipsos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam accessus, Cōfessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu Laicis negotiatoribus, & conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. In conjugatis autem hoc ampliùs animadvertent, cum Beatus Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cœlestium Epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimùm invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis sumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generalitèr constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet; Illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, seu frequentèr, seu quotidiè accesserit, repellatur; & nihilominùs det operam, ut unusquisque dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent; Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ità incaluerint, ut dignæ fre-

quen-

quentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant, generatìmque ostendant, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini judicii formidine discant cœlestem mensam, in qua Christus est, revereri; Et si quando se minùs paratos senserint, ab ea abstinere, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem, in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur: Quod abundè continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, divina præstante gratia tenentur, seque Sacratissimo Pane frequentiùs refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & charitate assueverint: Quibus Christum Dominum, qui se fidelibus man-

ducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in Cœlesti Regno se præmium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur. Porrò Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure divino, doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu Privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aut secretò ad existentes domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publicè, & cum pompa, juxtà formam Ritualis Romani; Si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in Feria sexta Parasceve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur; Insupèr admoneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas; Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes secùs egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc decretum per Sedem Apostolicam specialitèr attributa.

Et

Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præsens Decretum Typis dari, ac publicari volunt. In quorum, &c. Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. CARD. COLUMNA PRÆF.

S. Archiepisc. Brancacius Episc. Viterbien. Secr.

III.

Lettera della Sacra Congregazione sopra Vescovi, e Regolari d'ordine d'Innocenzo XI. per l' Essercizii Spirituali da farsi da gli Ordinandi, e Monacande.

Foris. *All' Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osservand. Il Sig. Cardinal Caraccioli Arcivescovo di Napoli.*

Intùs verò. *Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osserv.*

LA Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette del continuo à tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell'anime, conoscendo col suo santo zelo quanto sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto in ordine alli Promovendi al ricevimento degli Ordini, quanto rispetto alle Spose di Christo al vestir l'habito, e professare lo stato Religioso; Vuole, e comanda, che tutti li Promovendi sì à gl'Ordini Minori, come Sagri debbano per dieci giorni continui avanti l'ordinazione ritirarsi à fare gl'Essercizii Spirituali nell'istessa conformità prescritta alli Promovē-

di

di in Roma nella Constituzione 126. della s. m. di Alessandro VII. che comincia: *Apostolica solicitudo, &c.* E che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monastero, anche soggetto a' Regolari, siano tenute fare li detti Essercizii Spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l'habito, e siano ammesse al Noviziato: E che li medesimi Essercizii si debbano ripetere per l'istesso spatio di dieci giorni avanti, che siano ammesse alla professione, alla quale la Santità Sua comanda, che non devano esser ricevute, se prima non haveranno adempita questa santa preparazione. Desidera inoltre sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, mà con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimarà opportuno, faccino li medesimi Essercizii per la rinovazione dello spirito tanto necessaria à chi con essersi rinchiusa ne' Sagri Chiostri deve professare lo stato di perfezione. Resterà pertanto servita V. Em. di dar pronta essecuzione à comando sì santo di sua Beatudine, mentre per fine li bacio humilmente le mani. Roma 9. Ottobre 1682.

Di V. Em.

Humiliss. e Devotiss. Servitore
C. CARD. FACCHENETTI.
B. Panciatichi Segr.

De-

Decretum pro Regularibus Ordinandis.

DE mandato SS.D.N.Clementis Divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sac. Congregat. Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis.

Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, literas dimissoriales concedere; ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus,quoEpiscopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verùm cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causa absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse; quod qui non fecerint, officii, & dignitatis,seu Administrationis,ac vocis activæ,& passivæ privationis,ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant.Dat.Romæ 15.Martii 1599.

In Regest.Concil.Trid.fol.9. SAN-

V.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
INNOCENTII PP. XII.

Constitutio, qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusibus, & fraudibus circa Ordinationes alienorum Subditorum.

INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei *Ad perpetuam rei memoriam.*

SPeculatores Domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam constituti, eo potissimum ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis Pastoralis vigilantiæ nostræ studia convertenda esse duximus, ut, qui in sortem Domini vocantur, sacrisque addicuntur ministeriis, quippè quos irreprehensibiles esse convenit, ut præesse valeant corrigendis, ac in quos tanquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur, tales sint, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cūctos, tam fidei scientia, quàm operum disciplina.

1. Sanè hoc inito consilio, non alios, quantum fieri potest, quam qui in sanctitate, & justitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus statis intervallis ambulaverint, ac piè, & fidelitèr in ministeriis anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, sacrasque ordinationes, juxtà priscum Ecclesiæ morem, præscriptis à jure temporibus orationi, & jejunio consecratis, haberi cupientes, se-

ſeveriorem quandam in concedendis Indultis ſuſcipiendi ſacros Ordines extrà tempora hujuſmodi, & interſtitiis ad id deſignatis minimè ſervatis, ultrò Nobis propoſuimus adhibendam rationem; qua videlicèt ſervata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquam heri ſacrilegi, hodie Sacerdotes, heri prophani, hodie ſacrorum Antiſtites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, diſcipuli ſimul, ac Magiſtri pietatis creentur; ſed ii tantùm, juxtà conſtitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad ſacrarum adminiſtrationum ſublimitatem promoveantur, qui poſt mutatum habitum ſecularem diuturna converſatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ poſtmodum alios docere tenentur; Cæterum per ea ipſa Indulta, quæ ſuper præmiſſis parciùs quidem, ac ex certis tantùm, & magis rationabilibus cauſis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitùs improbata, ſalutarem illam, quam ſacri Generalis Tridentini Concilii Decreta, de non ordinandis ad patrimonii titulum, niſi illis, quos Epiſcopi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum aſſumendos judicaverint, præſcribunt diſciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimmò nec unquã ad Indulta hujuſmodi exequenda Epiſcopos ipſos arctare, ſed illorum executionem arbitrio ſemper eorundem Epiſcoporum, quorum conſcientias hac in re ſtrictiſſimè oneratas voluimus, prorsùs relinquere declaravimus; ſperantes in Domino

 eos,

eos, qui, juxtà Apostoli monitum, nemini citò manus imponendas esse probe norunt, sibi, & universo gregi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, reverenda ipsis spiritibus Angelicis ministeria ab hominibus sine consideratione apprehendi nunquam permissuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata dum taxàt accipere promeretur.

2. Omnes insuper, & singulos cujuscumque tandem gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia sacros Ordines præfatos extrà eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cum Divinos Ordines largiri districti semper esse judicii oporteat, seriò monitos voluimus, ut præscriptos sibi desuper in suis quique facultatibus terminos religiosè custodiant, nec eos cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu ullatenùs transgrediantur.

3. Verùm quo impensius Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eo majori cum animi nostri dolore ex quamplurium Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicèt illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsan à propriis Præsulibus denegatos, seu quos, aliquibus canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Jesu Christi,

Chriſti, ſed eas, quæ ad ipſos non pertinent, Oves, in animarum ſuarum perniciem quærentibus, nec tot canonicas damnationes contra uſurpantes alienæ plebis hominem latas perhorreſcentibus, abſque ſuorum Prælatorum commeatu, hoc eſt dimiſſoriis, commendatitiiſve eorum literis deſtituti, quinimmò eis inſciis, & ſæpè etiam invitis, ſub minus legitimis Beneficii Eccleſiaſtici, Originis, Domicilii, ſeu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Epiſcoporum commenſalitatis quæſitis titulis, in ſacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè ſuſcipiunt, atque ità non intrantes per oſtium, & nihilominùs Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, ſacrificium in ſacrilegium convertunt, judicium abſque miſericordia ſibi conſciſcunt, Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præſumentes, non modò eum non placant, ſed magis irritant, dum videntur in cordibus ſuis dicere: Non requiret.

4. Hinc eſt, quod Nos ex commiſſæ Nobis divinitùs Apoſtolicæ ſervitutis munere, abuſus, fraudes, ac ſcandala hujuſmodi penitùs, & omninò è medio tollere, ac irreligioſam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compeſcere, & reprimere volentes, necnon fel. rec. Urbani VIII. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit: *Secretis*, aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus inhærentes, illaſque, quoad ea, quæ præſentibus non adverſantur, quatenùs opus ſit, innovantes; de

Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui quæcumque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, totiusque Christiani populi ædificationem, hac generali nostra, & perpetuò valitura Constitutione, decernimus, & declaramus.

5. Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilii, juxtà modum inferiùs declarandum, legitimè contracti non Subditum ad Clericalem tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici ei statìm, ac tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quos is à Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo ea expresè adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum ad illud instituatur.

6. Præterea Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diœcesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi an-

te

te eorundem susceptionem Testimoniales literas proprii Episcopi, tam Originis, quàm Domicilii super suis Natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit. Licet verò Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subiici dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hanc in re inconcussè servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxtà Taxam Synodalem, sive, ea deficiente, juxtà morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod deficeret, fructibus ejusdem Beneficii cum adjectione Patrimonii, etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tam de prædictis Testimonialibus Literis, quàm de redditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit.

7. Cæterum Subditus ratione Originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturalitèr ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum Itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in

illo

illo loco, quo casu nullatenùs ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas Testimoniales, ut suprà, obtinere, illasque Episcopo ordinanti per eum in collatorum Ordinum Testimonio similitèr recensendas præsentare teneatur. At si Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiù, ac animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat.

8. Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxàt censeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeò stabilitèr constituerit in aliquo loco, ut, vel per decennium saltèm in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis Ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit; & nihilominùs ulterius utroque casu severè, & realitèr animum hujusmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis testimoniales literas, ut suprà, affarre debebit, ac de illis expressa similitèr mentio in susceptorum Ordinum Literis facienda erit.

9. Ad hæc nullus Epiſcopus alienæ Diœceſis Subditum Familiarem ſuum ad aliquos Sacros, ſeu Minores Ordines, vel etiam primam tonſuram promovere, ſeu ordinare præſumat abſque ejus proprii originis ſcilicet, ſeu Domicilii Prælati Teſtimonialibus literis, ut ſuprà,& niſi ad præſcriptum Concilii Tridentini præfata ſeſs.xxiii.c.ix. De Refor. Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecum retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit; Beneficium inſuper,quod ei ad vitam ſuſtentandam, juxtà modum ſuperiùs præfinitum, ſufficiat, quacumque fraude ceſſante, ſtatìm,hoc eſt ſaltem intrà terminum unius menſis à die factæ ordinationis, re ipſa illi conferat, ac in Ordinationis hujuſmodi Teſtimonio expreſſam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

10. Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apoſtolica Authoritate ſtatuimus, atque decernimus, ut Epiſcopus quilibet ſuos ratione originis,ſive Domicilii Subditos Clericos quoſcumque ab alienis Epiſcopis quavis authoritate, etiam cum ſuis commendatitiis literis promotos,nedum ad formam Concilii Tridentini ſupradicti ſeſs.xiv.cap.iii.De Reform. quoad ſcientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum teſtimoniales literas, gratis tamen, recognoſcere, ac diligentèr perquirere, an quoad illos præſentis Conſtitutionis forma, & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti ei magis beneviſo ad docendum de ejuſmodi adimplemento,

itâ

ità ut quos eo termino elapſo id minimè præſtitiſſe compererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio, ſi ità, & quamdiù ei expedire videbitur, ſuſpendere, illiſque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

11. Ità verò præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò, ac inviolabilitèr obſervari, atque adimpleri volumus, ut ſi quid in iiſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſecùs fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à ſuſceptorum ordinum executione, quamdiù proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus pœnis pro modo culpæ noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque ſubjaceat.

12. Decernentes paritèr eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inviolabilitèr obſervari. Sicque, & non alitèr per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

13. Non

13. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, paribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitús omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialitèr, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

14. Volumus autem, ut præsentes Literæ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur,

ſicque publicatæ, & affixæ, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè arctent, & afficiant, ac ſi unicuique eorum nominatìm, & perſonalitèr intimatæ fuiſſent; Quodque earundem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides, tam in judicio, quàm extrà illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

15. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decretorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pridiè Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

B.CARD. PRODAT. I.F.CARD.ALBANUS.

Viſa de Curia I. Sacripantes.

D.Ciampinus.

Loco ✝ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Let-

V I.

Lettera Circolare della Sac.Congr. del S.Ufficio.

Che non si lasci celebrare niun Prete, ò Regolare Forastiero senza licenza della Corte Vescovale, riconosciute prime le lettere testimoniali de' proprii Ordinarii, ò Superiori.

Foris. *All'Eminentiss. e Reverendiss. Sign. mio Osserv. Il Sign. Cardinal Cantelmo Arcivescovo di Napoli.*

Intùs verò. *Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osserv.*

SE bene altre volte sotto li 20. Febbrajo 1649. da questa Sagra Congregatione del S. Ufficio, volendosi al possibile ovviare al delitto di coloro, che vanno per Italia celebrando Messe, e tal'hora confessando, ancorche non siano promossi al Sacerdozio, fù con lettera simile di ordine del Papa ingiunto à tutti gli Ordinarii l'invigilarvi con opportuni ordini à i loro Vicarii Generali, e Foranei; nondimeno perche ciò non ostante, hora spesso per la trascuraggine, come si è riconosciuto de' medesimi Vicarii, e particolarmente de' Foranei delle Terre, e Castelli fuor di mano, e penuriosi di Sacerdoti, agevolmente si và commettendo sì enorme sacrilegio, non usando essi le dovute diligenze di farsi mostrare, & esaminare le dimissorie di coloro, che pretendono di celebrare, che tal'hora non le hanno, ò se pure le hanno, son false; quindi è, che di nuovo ad oggetto di ovviare à questo delitto, la medesima Sagra Congregazione hà stimato espediente di significarlo, come fà, con questa mia lettera à V.Em. affinche si degni dar'ordini precisi al suo Vicario Genera-

le, ed a' Foranei, che a' Preti, e Regolari Forastieri non concedano licenza di celebrare, se prima non presenteranno le lettere testimoniali del Sacerdozio de' proprii Ordinarii, e Superiori; e quelle siano tali, che non habbiano minima ombra di sospetto di essere false, con imporre a' medesimi Vicarii, in caso di negligenza, ò trasgressione, pene particolari, anche corporali, sopra di che la Sagra Congregazione attende da V.Em.l'avviso dell'esecuzione, e ricevuta della presente, e bacio à V. Em. humilissimamente le mani. Roma 26.Gennajo 1692.

Di V.Em.

Humiliss.e Divotiss.Serv.
A. CARD. CYBO.

Napoli Signor Cardinal Arcivescovo.

VII.

Decretum circa tres Missas, & Communionem Fidelium Nocte Nativitatis Domini.

Pisaurensi.

PAtres Sancti Caroli Congregationis Clericorum Regularium, petierunt responderi. An liceat in Nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam, alias duas immediatè celebrare, & communicare fideles, & Sacra Congr.respondit, nullo modo licere, sed omninò prohibetur. Die 20.Aprilis 1664.

Trium

Trium Missarum in Nocte Nativitatis Domini.

CUm superioribus diebus consulta hac Sacra Rituum Congregatione, An esset permittendum celebrari in media Nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam successivè alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere fidelibus illam deposcentibus, ac respondisset, non esse permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum. Nihilominùs nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri, & Sacra Congreg. ipsis auditis, cum Procuratoribus, & Advocatis, ad relationem Eminentissimi Pallotti stetit in Decretis, & respondit iterum prohibendum, tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesias, & Communionem deposcentibus. Die 7. Decembris 1641. quorum Decretorum duplicata, expedita fuerunt. Die 9. Augusti 1653.

C.EPISC. OSTIEN.CARD.MEDICES.

Loco ✝ Sigilli. *B.Roccius Sac.Rit.Cong.Secret.*

In Regest.fol. 144.

VIII.

Decretum de Celebratione Missæ Fer. v. in Cœna Domini, & repositione SS.in Sepulchro.

NEAPOLITANA.

INstitit Vicarius Generalis Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani à Sac. Rituum Congregatione declarari. An liceat in Ecclesiis, in quibus non asservatur Sanctissimum Sacramentum, celebrari Missam

Feria

Feria V. in Cœna Domini, & in Sepulchro idem Augustissimum Sacramentum asservari. Et Sacra eadem Congregatio respondit. Non licere. Die 24. Junii 1659.

I.EPISC.SABINEN.CARD.SACCHETTUS.

Franc.M.Phœbeus Sac.Rit.Congr.Secret.

IX.

Decretum Alexandri VIII. circa translat. Festi Annunciationis B.V. & Missas privatas in Sabbato Sancto.

CUm Sabbato Sancto proximè futuro occurrat Festum Annunciationis B.M.V. dubitatum fuit, an debeant celebrari Missæ privatæ ad effectum, ut Christifideles commodè satisfacere possint præcepto audiendi Missam. Et Sac.Rit.Congreg.ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D.Cardinalis Colloredi, re maturè perpensa, censuit prædictum Festum Annunciationis una cum præcepto audiendi Missam,& vacandi ab operibus in Ecclesia Universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis,protractis omnibus aliis Festis, quæ non sunt altioris ritus ad aliam diem, juxtà rubricas Breviarii Romani. Celebrationem quoque Missarum dicto die Sabbati Sancti omninò prohibendam in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium,& unicam Missam Conventualem, una cum officio ejusdem Sabbati Sancti celebrandam fore præcepit,si SS. D.N.placuerit, hac die 11. Februarii 1690.

Et

Et facto de prædictis per me Secretarium verbo cum Sanctissimo, Sanctitas Sua benignè annuit, sensum Sacræ Congregationis approbavit, ac præsens Decretum edi, & imprimi mandavit, hac die 11. Februarii 1690.

A. CARD. CYBO.

Loco ✝ Sigilli. *Laur. Fliseus Secr.*

Aliud Decretum super idem.

SAcrorum Rituum Congregatio ad tollenda dubia exorta super celebratione Festi Sanctissimæ Annunciationis B. M. V. in Feria 6. in Parascevæ, vel in Sabbato Sancto occurrentis, declarando Decretum editum die 11. Februarii prædicti, decretum Festum Annunciationis in casu proposito, una cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus in Ecclesia Universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, etiam quocumque alio Festo impeditam, itaut eadem Feria prædicto casu eveniente perpetuis futuris temporibus pro Sede propria, & fixa memorato Festo Annunciationis assignata, & stabilita intelligatur, & in illa eo prorsùs modo, & forma præfatum Festum quoad Officium, & Missam celebretur, quibus propria die 25. Martii in Kalendario Romano appositum celebraretur, protractis ad aliam diem non impeditam, juxtà Rubricas Breviarii Romani omnibus aliis Festis in eadem Feria occurrentibus, quæ non sint altioris ritus. Ac ità declaravit, & si Sanctissimo placuerit servari præcepit.

Firmo in reliquis remanente prædicto Decreto edito die

die 11. Februarii, nempè quod in Sabbato Sancto celebrationes Missarum privatarum omninò prohibeantur in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacumque contraria consuetudine, & unica tantùm Missa Conventualis, una cum Officio ejusdem Sabbati Sancti celebretur. Die 11. Martii 1690.

Et facta de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua annuit, prædictamque declarationem laudavit,& approbavit, ac præsens Decretum imprimi,& evulgari mandavit die 11.Martii 1690.

A. EPISC. OSTIEN. CARD. CYBO.

Loco ✠ Sigilli. *Laur.Fliseus Secret.*

X.

Decretum Sacræ Congreg.super Indulgentiis, quoad ingressum mulierum intrà Claustra Regularium.

PRoposito dubio: An verba Pontificii Brevis concedentis Indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus Cappellam intrà Claustra Regularium sitam visitantibus, sic accipi possint,ut comprehendant Cappellam in ipso Dormitorio constructam. Sacra Congregatio respondit, Minimè illam comprehendere, nullamque tribui facultatem mulieribus ingrediendi Claustra. Datum Romæ die 2.Maii 1679.

A. CARD. HOMODEUS.

Michael Angelus Riccius Sac.Cong.Secret.

De-

XI.

Decreta circa validitatem Electionis Sepulturæ pro Civitate, ac Diœcesi Neapolitana.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

DUdum à Congregatione tunc existentium S.R.E.Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad supplicationem tunc existentis Commendatarii Abbatiæ, & Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis Majoris nũcupatæ Civitatis Neapolitanæ emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, vz. Neapolitana electionis sepulturæ: libellus infrascripto verborum tenore conceptus Eminentissimi Commendatarii Abbatiæ, & Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis Majoris nomine huic Sacræ Congregationi Concilii porrectus fuit. *Eminentissimi, e Reverendissimi Signori. Per evitarsi le controversie, che per causa dell' elezzione di sepoltura, e di funerali sogliono avvenire, non senza scandalo de' Fedeli sono l'Eminenze Vostre supplicate dal Commendatario dell'Abbazia, e Chiesa Parochiale di S. Giovanni Maggiore di Napoli per la risoluzione de' seguenti dubbii.*

Primo, se sia valida l'elezzione della sepoltura, che si fà nella presenza del Parocho da chi è sano, ò infermo.

Secondo, se al valor dell'elezzione della sepoltura si richieda il testamento nell'ultima volontà, ò vero basti, che s'eligga innanzi per altro atto publico, che non sia testamẽto.

Terzo, se sia nulla essa elezzione di sepoltura, quando s'elegge eziandio per testamento fatto in vita, e nõ in morte.

 Quarto,

Quarto, se chi hà Cappella di sua famiglia cō sepoltura propria, ò si cōprasse Cappella con propria sepoltura, morendo senz'elezione di sepoltura si debba sepellire nella Catedrale.

Quinto, se sia valida l'elezzione della sepoltura fatta nella presenza di due, ò più testimonii.

Sesto, se l'elezzione della sepoltura fatta per nutum, e per signa, in caso, che tal'uno non possa parlare, sia valida.

Settimo, se li Fratelli delle Confraternità si possano sepellire nella sepoltura della loro Chiesa, non facendo elezzione d'altra.

Ottavo, se l'elezzioni della sepoltura, le quali de jure præsumuntur, come quella della moglie, rispetto al marito, de' figli rispetto al Padre, e loro maggiori, de' schiavi rispetto à Padroni, e simili siano valide, ch'è quanto dall'Eminenze Vostre benignamēte si desidera di dichiarare, & il tutto, &c.

Quæritur quid ad singulas prædictas dubitationes respondendum.

Die 13. Februarii 1666. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.

Ad primam: censuit esse validam, dummodò Parochus non attestetur ad proprium commodum.

Ad secundam: censuit non requiri necessariò testamentum.

Ad tertiam: censuit non esse nullam.

Ad quartam: non esse sepeliendum in Cathedrali.

Ad quintam: esse validam.

Ad sextam: esse validam, dummodò sufficientèr constet de voluntate eligentis.

Ad

Ad ſeptimam: negativè.

Ad octavam: cenſuit, quatenùs electa non fuerit ſepultura, uxorem in ſepultura ultimi viri ſepeliendam, filios verò in ſepulchro majorum, ſervos autem in Parochia. Ità reperitur in Regeſto Decretorum lib. 25. fol. 29. eiuſdē Sac. Congregationis. In quorum fidem, &c. Datum hac die 29. Junii 1682. Ità eſt A. Altovitus S. C. Secretarius. Loco ✝ Sigilli. Cum autem ſicut dilecti filii Electi dictæ Civitatis Neapolitanæ Nobis nupèr exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmiùs ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine, Nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati; Decretum præinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus: ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſquè plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab eis re-

respectivè inviolabilitèr observari,sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12.Julii 1682.Pontificatus nostri anno sexto.

I. G. SLUSIUS.

Aliud Decretum, sive declaratio ejusdem circa electionem sepulturæ collectivè factam à Confratribus.

Neapolitana Juris funerandi.

Sumpta occasione Decreti editi ab hac Sacra Congregatione in alia causa Neapolitana sub die 13. *Februarii* 1666. *quæ ad secundam ex pluribus dubiis propositis super materia funerum respondit. Ad validam sepulturæ electionem non requiri necessariò testamentum.*

Confratres, & Consorores paucis ab hinc annis consueverunt collectivè, & collegialitèr per publicum instrumentum eligere sepulturæ suæ locum in aliis Ecclesiis, & signantèr Regularium, in quibus eædem Sodalitates erectæ reperiuntur, absque tamen voto, juramento, aut promissione de non revocando electionem, & nuper Confratres Artifices Congregationis Assumptæ erectæ in Ecclesia Presbyterorum

Ora-

Oratorii S. Philippi Nerii, per libellum à Sanctissimo Domino Nostro remissum supplicarunt hujusmodi electionis sepulturæ modum validum declarari.

Super his confecto processu per Eminentissimum Archiepiscopum, dataque relatione, quæ in seorsivo folio per manus Eminentissimorum Patrum transmittitur, hodiè informante tantùm Capitulo Ecclesiæ Archiepiscopalis Neap. quæritur.

An hujusmodi electio sepulturæ collectivè, & collegialitèr facta substineatur in casu, de quo agitur?

Die 16. Maii 1682. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum respondit, substineri electionem sepulturæ collectivè factam per Confratres individualitèr consentientes, & die 19. Decembris ejusdem anni 1682. reproposita hujusmodi causa, utraque parte ore, & scriptis informãte, stetit in decisis, addita clausula, revocabilitèr tamen.

F. CARD. COLUMNA PRÆFECTUS.

A. Altovitus S.C.C. Secr.

XII.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii super applicatione Sacrificii à Parochis.

IN LUCANA.

CUm præcepto Divino iis, quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovibus suis Sacrificium offerre, sæpè aliàs Sac. Congreg. Concilii

cen-

censuit, Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si redditus pingues sint, singulis diebus, si verò tenues saltèm diebus festis; Idem nunc censet quoad Parochos istius Civitatis, & Dioecesis, hoc insuper addens, ut detrectantes E. V. pro suo Pastorali zelo compellere non gravetur. Hanc Sacra Congr. sententiam Em. V. significo, eique manus humillimè deosculor. Romæ 10. Maii 1681.

Humillimus, & Addictiss. Servus
F. CARD. COLUMNA.
Steph. Archiep. Brancacius S.C. Secr.

XIII.

Decretum super statu mulierum, vulgò Bizzoche nuncupatarum in privatis Domibus degentium, illarumque admissione.

SAcra Congregatio Cardinalium, negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in domibus privatis degunt, vulgò Bizzoche, seu alio quovis nomine nuncupatarum. In primis, & ante omnia in memoriam revocat ea, quæ Sac. Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum in eadem sententiam respondit, videlicet.

1. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sæpiùs respondit minimè posse Sacer-

dotes

dotes Regulares Mulierum Tertii Ordinis, quas de pœnitentia, vel Bizzocas vocant, Confeſſiones Sacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad Confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, quemadmodum, nec poſſe illis Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſſimi Domini noſtri Jesu Chriſti.

2. Verùm quoad ſepulturam, atque alia privilegia, Fratres Tertiarios mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſimiles, ità demum Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, Privilegiis potiri, & ab Ordinarii Juriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialitèr vivant, ſeù cum Clauſtralibus habitent, mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Conſtit. Concil. Lateranen. ſub Leone Decimo, quæ habetur ſeſſ. 21. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo, ſcilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam includi, quinimmò hujuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, aut cælibem ſimplicitèr, expreſsèque voverint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorsùm habitantes, ſupradictis privilegiis Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii Juriſdictione frui debere, ut idem Leo poſteà declaravit Cōſtitutionè edita die prima Martii 1518. An autem prædictæ qualitates in hujuſmodi Tertiariis concurrant Ordinarii loci eſſe judicium.

3. Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertia-

tiariis sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes ità demum in Ecclesiis Ordinis, cujus habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, sin minùs in Ecclesiis Parochialibus sepeliendas esse decernit.

4. Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Capuccinis exceptis) liberè mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere: Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque ætate saltèm quadraginta annorum constitutas, quæ de proprio habeant, undè sufficientèr vivere possint, & non cum aliis viris, quàm cum consanguineis, & affinibus in primo tantùm gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab *Ordinario* loci, licentia priùs impetrata, qui non alitèr eam concedat, nisi de prædictis prævio examine diligenti sibi constiterit.

5. Verùm in hujusmodi habitu concedendo, & respectivè deferendo omninò à velo supra caput, quod superiectum vocant, à pectorali, quod vulgò dicitur, sottogola, & à patientia abstinendum esse, quinimmò eas, quæ supradicta tria, vel aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint, illa dimittere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinariis locorum compellendas esse decernit.

6. Supradictis verò Decretis mulieres Tertii Ordinis, quæ collegialitèr vivunt non comprehendi, quinimmò eas dispositioni Constitutionis Pii Quinti editæ Ro-

mæ

mæ anno 1566. 4. Kalend. Julii, quæ incipit: Cura Pastoralis, &c. penitùs ſubjacere expreſsè declarat. Non obſtan. quibuſcumque in contrarium facientibus. Dat. Romæ 20. Decembris 1616.

ANTONIUS CARD. SAULIUS.

Loco ✝ Sigilli. *V. Theatin. Secr.*

XIV.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à Clemente Papa IX. approbata ſuper acceſſu Regularium ad Monaſteria Monialium.

Die 11. Maii 1669. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, habita notitia, quòd nonnulli Regulares abſque licentia crates Monaſteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non eſſe interdictum per breve tempus, etiam uſque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaſque perſonas intrà clauſuram exiſtentes alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, diſſeminent, & forsàn etiam ſcriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conſcientias, & ſcandala confoventes; ad hujuſmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, reiiciens, ac damnans declaravit Regulares cujuſcumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria Monialium, quam-

Oo vis

vis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsis Regularibus subjecta, vel alias speciali mentione digna absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intrà clausuram degentibus, peccare mortalitèr, eosque sub excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis pœnis posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri. Et die 7. Junii ejusdem anni, facta relatione Sanctissimo Domino nostro, Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac Typis dari, servarique jussit.

A. CARD. CELSUS PRÆFECTUS.

Loco ✝ Sigilli.

S. Brancacius Archiep. Adrianopolit. Secr.

XV.

Dubia super Collocutione Regularium cum Monialibus ad prædictum Decretum Sacræ Congregationis à Clemente IX. approbatum.

EDita vix lege, statìm illam eludere malitia excogitat; non ità pridem emanavit generale Decretum arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variæ interpretationes confingi cœperunt, aliæque nunc Bergomi suboriuntur: pro quarum resolutione supplicant Confessarii Monialium quærendo.

1. *An*

1. *An Regularibus missis ad Crates Monialium pro munere prædicationis obeundo probibitum sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis, &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius concionis.*

2. *An talis prohibitio intelligatur, tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, quàm cum una tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post concionem.*

Die 21. Maii 1678. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad utrumque respondit. Affirmativè.

XVI.
Spoletana Accessus ad Monasteria.

ET si Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sub die 11. Maii 1669. apertè declaraverit Regulares, qui ad Monasteria Monialium absque legitima facultate accedunt colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus peccare mortalitèr; hancque declarationem Sanctissimus Dominus approbaverit, ac Typis dari, servarique jusserit: Quia tamen nonnulli sunt, qui declarationem hujusmodi perperam interpretantes, verumque sensum subvertentes, varia confingendo sophismata, asserunt, accedentes ad

bonum finem non peccare mortalitèr, & declarationem præfatam non obligare sub mortali contendunt, ad omnem tollendam dubietatem, resolvendum

Primò, an Regulares accedentes ad colloquendum cum Monialibus sine licentia Episcopi peccent mortalitèr.

Secundo, An peccent mortalitèr saltem stante dicta declaratione Sac. Congregationis Concilii cum approbatione Sanctissimi.

Die 26. Novembris 1672. eadem Sac. Congregatio ad utrumque respondit Affirmativè, etiam si ex rationabili causa, quando non adest licentia, &c.

P. CARD. DE ALTERIIS PRÆF.

Loco ✝ Sigilli.

S. Archiep. Brancacius Ep. Vit. Secret.

XVII.

Decretum Sacræ Congregationis circa Monasteria Sanctimonialium Regularibus subjecta ab Ordinario visitanda.

IN causa Neapolitana Visitationis Monasterii Monialium S. Claræ sub cura, & gubernio Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ S. Francisci.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, quod quatenus Moniales humilitèr supplicent Eminentissimo Archiepiscopo, Eminentia sua dignetur suspen-

ſpendere interdictum in honorem proximarum Feſtivitatum Sanctiſſimi Paſchatis per duos menſes cum reincidentia, & interim deducantur hinc indè jura ſuper meritis in eadem Sacra Congregatione. Fratres verò Vincentius à Montinoſio Guardianus Monaſterii S. Claræ Neapolis, Joannes à Petra Sancta, & Octavianus à Tridento Confeſſarii dicti Monaſterii, qui ingreſſi ſunt idem Monaſterium, ibidem ſupplicent Eminentiſſimo Archiepiſcopo, qui dignetur eos abſolvere per duos menſes in honorem Feſtivitatum cum reincidentia, ut ſuprà: Quo verò ad alios Religioſos ob reſiſtentiam factam Curſori Eminentia ſua proſequatur proceſſum. Romæ 18. Martii 1694.

Et die 18. Martii 1694. facta per R. P. D. Secretarium de præmiſſis relatione SS. Domino Noſtro Sanctitas Sua prædictam reſolutionem benignè approbavit, & ulterius mandavit ſupradictos Fratres, ſcilicet Guardianum, & Confeſſarios detineri loco carceris in Conventibus, vel Sancti Petri in Monte Aureo, vel S. Franciſci ad Ripas Urbis, cum præcepto exindè non diſcedendi ſine licentia Sanctitatis Suæ, ſub pœnis privationis officii, ac vocis activæ, & paſſivæ.

Ità reperitur in Regeſto, autographo ejuſdem Sacræ Congregationis. In quorum fidem, &c. Romæ 20. Maii 1699.

Loco ✝ Sigilli.

N. Archiepiſcopus Theat. Secretarius.

Aliud

XVIII.
Aliud Decretum.

IN causa Neapolitana vertente inter Promotorem Fiscalem Curiæ Archiepiscopalis ex una,& Moniales Monasterii S. Claræ ejusdem Civitatis partibus ex altera de, & super infrascripto dubio, nempè an Eminentissimus Archiepiscopus in visitatione dicti Monasterii exempti, & curæ Regularium Strictioris Observantiæ Sancti Francisci subjecti, teneatur admittere Guardianum, & Confessarios Regulares.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E.Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster ejusmodi causam benignè remisit, partibus auditis referente Eminentissimo de Abdua censuit, ac declaravit Dom.Eminentissimum Archiepiscopum in Visitatione Clausuræ prædicti Monasterii S. Claræ non teneri admittere Guardianum, vel alios Regulares. Romæ 21. Februarii 1695.

Ità reperitur in Regesto autographo ejusdem Sacræ Congregationis. In quorum fidem, &c. Romæ hac die 20.Maii 1699.

N.Archiep.Theat. Secretarius.

ALE-

XIX.

ALEXANDRI PAPÆ VII.

Conſtitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confeſſoribus ingredi ſepta Monaſterii, & propè illud commorari.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus Servorum Dei *Ad perpetuam rei memoriam*.

FElici Sacrarum Virginum ſtatui, quæ contemptis illecebris ſeculi Divinis ſe obſequiis manciparunt, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere volentes, motu noſtro proprio, non ad alicujus inſtantiam, ſed ex Noſtra mera deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, devoto tamen nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium ſedulò, ac maturè examinandum commiſimus.

1. Præſentibus perpetuò valituris ſancimus, ut imposterum intrà fines Italiæ, & Inſularum adjacentium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuſcumque aliis Superioribus Regularibus, quibus, alioqui cura, & regimen Monaſteriorum Sanctimonialium, quovis modo incumbit intrà ſepta eorundem Monaſteriorum nullatenùs ingredi liceat, niſi ex cauſa Viſitationis localis,

lis, & hoc ſemel tantùm in anno, itaut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus viſitaverit, alius Superior à Viſitatione hujuſmodi ſe omninò abſtineat.

2. Quòd ſi ob Clauſuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monaſteriis exemptis curæ, & vigilantiæ Epiſcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac neceſſariam cauſam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi ſepta Monaſterii, tunc non alitèr ingrediatur, quam cum præſentia Epiſcopi Diœceſani, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ ſecularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipſo Epiſcopo ad hoc ſpecialitèr deputatæ.

3. Viſitet autem Superior Regularis interiorem clauſuram per ſe ipſum, non autem per alium, etiam ſi fuerit legitimè impeditus, quo caſu differatur viſitatio in aliud tempus, quo ceſſaverit impedimentum, & viſitationem celeritèr, & unica die, debita tamen cum diligentia abſolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec poſt occaſum protrahat, neque ipſe Viſitator, neque ejus ſocii ullam ſumant in Monaſterio refectionem. Porrò ſi viſitet Generalis, poſſit ſecum habere duos ſocios ſui Ordinis; ſi alius à Generali, unum tantùm, excluſis omnibus aliis, etiam ratione officii. Qui quidem ſocii aſſumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Viſitationis à Viſitatore nunquam ſeparentur, ſed eum aſpicere, & ab ipſo aſpici ſemper poſſint.

4. Ac præterea Viſitatori aſſiſtant quatuor Moniales ex ſenioribus Monaſterii, quæ ſimilitèr viſitationem du-

durante nunquam ſeparentur à Viſitatore, & ſociis. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ mulieres, & puellæ ſeculares in Monaſterio degentes, niſi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro, antequam Viſitator ingrediatur interiorem Clauſuram, & in eo permaneant durante viſitatione, & quouſque idem Viſitator cum ſociis è Monaſterio exierit. Ideòque curet Viſitator, ut tempeſtivè admoneatur Abbatiſſa, ſeu Monaſterii Præfecta de præſtituta die, & hora Viſitationis. Viſitatio verò perſonalis fiat ad Crates, & omninò extrà Clauſuram Monaſterii, & per ipſummet Superiorem dumtaxàt, ut ſuprà dictum eſt de Viſitatione interioris Clauſuræ.

5. Ad hæc Confeſſor Sanctimonialium tam ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur ſepta Monaſterii, niſi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis miniſtranda Monialibus, vel aliis perſonis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam Agonizantium, nec unquam ingrediatur, niſi cum ſocio, qui ſit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, ſemperque maneat in ea parte Monaſterii, quæ Confeſſorem videre, & ab ipſo videri ſemper poſſit.

6. Inſuper diſtrictè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infrà terminum duorum menſium à publicatione præſentis Conſtitutionis computandorum revocent ad Clauſtra Confeſſores, eorumque ſocios, Concionatores, & alios quoſcumque Regulares apud Monaſteria Sanctimonialium, vel aſſiduè, vel ad tem-

pus quocumque titulo pernoctare solitos: Neve permittant eosdem, seu alios Regulares, intrà, seu prope septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infrà eundem terminum quascumque Cellas, mansiones, seu cubicula prope Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si Clausuræ Monasteriorum eorundem Monialium contigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omninò faciant: si verò sint extrà septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti, nec imposterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quod si infrà dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omninò exequi etiam invocato, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

7. Veruntamen si Monasterium Sanctimonialium sit extrà Mœnia Urbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subiectæ, sit intrà dicta Mœnia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad usum Confessoris, quæ non sint conjunctæ, seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitùs disjunctæ, non solùm per parietes, sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intrà mœnia, & unum ab altero Episcopi judicio multum distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut suprà distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium in distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda; ità tamen, ut

in

in mansionibus Confessoris, sive intrà, sive extrà mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo socio, alii Regulares, etiam si Superiores sint, minimè pernoctent.

8. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contrà præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia imposterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absq; alia declaratione incurrat. Et nihilominùs nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominùs ab Episcopo loci, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.

9. Decernentes easdem præsentes, etiam ex eo, quod Superiores Regularium, & ceteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis, vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, aut substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solennitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocumque à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, & pri-

vilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superiùs expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu alitèr probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato quempjam uti, seu se juvare in judicio, vel extrà posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabilitèr observari. Sicque, & non alitèr in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc, & pro tempore existentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scientèr, vel ignoran-

rantèr contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

10. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, regula noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, cæteriſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, etiam ſpecialitèr in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujuſvis alterius Inſtituti, & Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis, & in Mari Magno, ſeu Bulla Aurea, aut alitèr nuncupatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & deliberatione, & poteſtatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regùm, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & perſonarum quarumcumque Eccleſiaſtica, vel ſeculari dignitate fulgentium inſtantiam, ſeu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam conſiſtorialitèr, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis quoad ea, quæ præſentibus quomodolibet adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti dero-

ga-

gatione de illis, illorumque totis tenoribus, & formis, specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, specialitèr, & expresse derogamus, cæterisque cõtrariis quibuscumque.

11. Volumus autem, ut præsentes literæ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & affigantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perindè arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatìm, & personalitèr intimatè fuissent. Atque earundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extrà illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, præcepti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanen. Anno

no Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto. Tertiodecimo Kal. Novembris Pontificatus Nostri Anno Decimo.

I. CARD. PRODATARIUS.

S.Ugolinus.

Visa de Curia P.Ciampinus. *D.Ciampinus.*

Registrata in Secretaria Brevium.

Loco ✠ Plumbi pendentis.

XX.

Decretum Sac.Rit. Congregat. quoad Sepulchra in Feria quinta in Cœna Domini in Oratoriis intrà Claustra Regularium.

Foris. Eminentiss. ac Reverendiss. Domino Observ. Domino Cardinali Archiepiscopo Neapolitano.

Intùs verò. Eminentiss.& Reverendiss.Dom.Observ.

Cum ad aures Eminentissimorum Sacræ Rituum Congregationi præpositorũ devenerit, in quampluribus Oratoriis nuncupatis Congregationibus positis intrà Claustra, & ambitus Conventuum Regularium diversorum Ordinum istius Civitatis Neapolis, in quibus diversæ Confraternitates laicorum in eis erectæ congregantur, preces Deo offerunt, aliaque pia exercitia ad præscriptum suarum constitutionum peragunt, fieri sepulchra Feria quinta in Cœna Domini, & consecratam hostiam à piis Christifidelibus adorandam reponi contra decretum Synodale, ad hujusmodi abusus eliminandos ultimo loco editum: Ut imposte-

rum

rum in iis dumtaxàt Ecclesiis sepulchra permitterentur, in quibus Sanctissima Eucharistia asservatur; ideò eadem Sacra Congregatio ad præfatos abusus penitùs extirpandos declaravit, non licere in prædictis Oratoriis sepulchra facere, & proptereà per Eminentissimum Archiepiscopum etiam authoritate ipsius Sacræ Congregationis, quatenus opus sit, Regularibus, & Confratribus prædictis esse interdicenda, & præfatum decretum Synodale etiam quoad ipsos Regulares, & Confratres servandum esse. Illa itaque omninò interdicere, & servari facere non gravetur Em. V. cujus ipse manus humillimè deosculor. Romæ hac die 8. *Junii* 1669.

Em. V. Reverendiss.

Humillimus, & Addictiss. Servus
M. CARD. GINETTUS.
Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.

Eminentiss. Dom. Archiep. Neap.

XXI.

MARTINI PAPÆ V.

Constitutio de Clericis non trahendis ad Forum Seculare.

MARTINUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei *Ad perpetuam rei memoriam*.

AD reprimendas, & *infrà*. Nos igitur adversùs talia præsumentium temeritatem remedia apponere, & super his salubritèr providere cupientes, ac

ac Conc. Milevitani, ac fel.rec. Innoc. Pp.III. Prædecessoris nostri Const. super hoc editis inhærentes. Auctor. Apost. ex certa scientia, hac nostra irrefragabili Constit. perpetuò duratura tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes, & singulæ personæ Ecclesiasticæ, Seculares, & Regulares Ordinum quorumlibet quacumque exemptione suffultæ, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, quæ aliquam Ecclesiasticam personam, Collegium, vel Conventum, in actione reali, mixta, vel personali, civili, vel criminali, etiam occasione cujuscumque submissionis, etiam juramento vallatæ, vel aliàs ad forum, sive judicium laicale directè, vel indirectè (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueverit, possit, vel debeat, de jure, vel de consuetudine, aut aliàs cognosci)trahere præsumpserint, causam ipsam, & omne jus ei, sive eis in possessorio, vel petitorio, in re, vel ad rem,causa,vel occasione hujusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitùs, & amittant, & singulares personæ excommunicationis, Capitula verò, & Conventus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto; & si personæ ipsæ, & eis in præmissis adhærentes, & servientes, in aliquo rebelles fuerint, & in continenti non obedierint, omnes illas per privationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ eis jus quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia imposterum obtinenda coerceri, & compelli volumus antedi-

ctas; & nihilominùs omnes, & singulos Judices, & Executores, Communitates, Dominia, Laicos, & Laicales personas, postquam exceptum fuerit de non jurisdictione eorum, aut evidentèr appareat hujusmodi cognitionem ad eos de jure non spectare, talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine, & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorem, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, seculares personas, eorum videlicet, singulos Officiales, quocumque nomine censeantur, & Consiliarios, & privatas personas, quæ præmissorum Principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententiis per alium, quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi valeat, vel possit, & præmissa omnia, non tantúm ad futura, sed etiam ad præsentia, & pendentia extendimus auctoritate memorata; quodque etiam Procurator fiscalis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis desuper summaria informatione præhabita, per se, vel alium, seu alios agere, & procedere possit, & valeat, nihilominùs concedentes. Non obstantes si aliquibus communitèr, vel divisìm à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de eorum propriis nominibus, ac indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet Constitutionibus, privile-

giis,

giis, indultis, & literis Apostolicis, de quibus etiam plena, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis habenda est mentio specialis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud SS. Apostolos Kal. Februarii anno 1429. Pontificatus Nostri anno duodecimo.

XXII.

Indulgentiæ concessæ iis, qui Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum dum ad Infirmos pro Viatico defertur comitati fuerint.

INnocentius Papa XI. *fel. rec. omnibus, ac singulis utriusque sexus Christifidelibus ubilibet commorantibus, qui devotè comitati fuerint Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad infirmos pro Viatico defertur, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoties id egerint si cum lumine septem annos, ac totidem quadragenas, si verò absque lumine quinque annos, & totidem quadragenas, ex injunctis eis pœnitentiis, aut eis quomodolibet debitis in forma Ecclesiæ consueta, misericorditèr in Domino relaxavit. Declarans Indulgentias præfatas, sive pœnitentiarum relaxationes singulis Christifidelibus suffragari posse, ac debere non cumulativè cum aliis similibus Indulgentiis à Summis Pontificibus suis Prædecessoribus concessis præmissa peragentibus, sed privativè quoad eas quascumque. Prout ex Brevi Apostolico sub dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem*

ſub annulo Piſcatoris die 1. Octobris 1678. Pontificatus ſui anno ſecundo.

Eaſdem Indulgentias Sanctiſſimus Dominus Noſter *Innocentius Papa XII.* ulterius ad preces Officialium Montis pro Veneratione Sanctiſſimi Sacramenti in hac Civit. Neap. declaravit lucrifieri poſſe à Chriſtifidelibus præmiſſa peragentibus, ut ex inſequenti reſcripto.

Die 6. Junii 1692.

SAnctiſſimus declaravit Chriſtifideles, qui devotè comitati fuerint Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum ad infirmos pro Viatico defertur, gaudere debere Indulgentiis ad id à ſanct. mem. Innocentio Papa XI. per ſuas literas in forma Brevis die prima Octobris 1678. expeditas conceſſis, nempè ſeptem annorum, & totidem quadragenarum ſi cum lumine, & quinque annorum, & totidem quadragenarum ſi abſque lumine idem Sanctiſſimum Sacramentum comitati fuerint.

I.F.CARD. ALBANUS.

XXIII.

Innocentii XI. declaratio pro Altaribus Privilegiatis ad Fidelium Defunctorum ſuffragium.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALiàs poſtquam fel. rec. Alexander Papa VII. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditas literas, da-

bia

bia in diversis mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cetera, quoad Altaria Privilegio Apostolico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proindè quotidiè, etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusdem Privilegia Apostolica concessas animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perindè, ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum Privilegiorum, recol. mem. Clemens Papa IX. paritèr Prædecessor noster aliam subindè ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris literarum dispositio quoad Altaria paritèr quidem Privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missa non ex obligatione, sed ex sola Fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similitèr tollere desiderans, declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdomadæ diebus tunc & in futurum quandocumque privilegiata, authoritate Apostolica extendit, & proindè ut Missa quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defun-

ctorum

ctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragentur, ita ut Animæ Christifidelium pro quibus celebrarentur, Indulgentias per Privilegia hujusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perindè ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem Privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & aliàs prout in ipsius Clementis prædecessoris literis, etiam in forma Brevis die 23. Septembris 1669. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris literarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis, & insertis haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circà præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, An supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi paritèr locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, & infrà Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus licet à festo duplici non impediantur; adhuc tamen Missæ Defunctorum juxtà ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenùs nimirum, Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata ceteroque dictorum Privilegiorum forma, ad præfata Altaria Privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio præmaturè discussa, nupèr per suum decretum die 3. Aprilis proximè præteriti editum præfatas Alexandri, & Clementis prædecessorum declarationes intelli-

telligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxtà Rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, responderit. Hinc est, quod Nos ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere fidelium Defunctorum Animarum in Purgatorio existentium suffragiis perampliùs consulere cupientes, Decretum hujusmodi à memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, & ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabilitèr observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scientèr, vel ignorantèr, contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extrà illud habeatur, quæ præ-

sen-

ſentibus ipſis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 4. Maii milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo octavo. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

I.F.ALBANUS.

XXIV.

Lettera della Sagra Congreg. d'ordine di N.S. Papa Innocenzo XII. che non s'ammettano ad udir le Confeſſioni, ſe non Confeſſori d'età, & intelligenza provetti, e morigerati: e come debbano udirſi le Confeſſioni delle donne.

Foris. All'Eminentiſs. e Reverendiſs. Sign. mio Oſſerv. Il Sig. Cardinal Cantelmo Arciveſcovo di Napoli.

Intùs verò. Eminentiſs. e Reverendiſs. Sig. mio Oſſerv.

D*A caſi, &c. Havendo là Santità di N.S. oſſervato, quanto per ovviarli ſia neceſſario alli Veſcovi, l'havere un' attenzione la più preciſa in eleggere perſone di propoſito à miniſtero di tanta importanza; quindi è, che la Santità Sua col parere di queſti miei Eminentiſſimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquiſitori hà ſtimato bene, che io con queſta mia lettera circolare ne facci à V. Em. particolar premura, affinche da quì avanti ſi degni con ogni maggior ſtudio, e diligenza procurare, che tali ſoggetti non ſiano giovani, ma d'età, ed intelligenza provetti, e ben morigerati, ordinando loro, che non ſentano le confeſſioni, maſſime di donne, avanti al Confeſſionale, ma da' lati*

di

di esso, & in luoghi publici, & esposti à vista di tutti, persuasa la Santità Sua dalla bontà, e zelo proprio dol suo carattere, che in ciò la sua mente sarà pienamente adempita da V. Em. e le bacio umilissimamente le mani. Roma 4. Decembre 1694.

Di V. Em.

Humiliss. e Divotiss. Servitore
A. CARD. CYBO.

Napoli Signor Card. Arcivescovo.

XXV.

INNOCENTII XI. *Admonitio ad Verbi Dei Concionatores per Literas Sacræ Congregationis Concilii.*

Foris. Eminentiss. & Reverendiss. Domino Observand. Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neap.

Intùs. Eminentiss. & Reverendiss. Domine Observand.

A Pluribus Christiani Orbis Provinciis graves, frequentesque Romam, atque ad ipsam Sanctam Sedem adventant, seu delationes, seu querelæ adversùs præsentem prædicationis usum, tanquam à primævo Apostolorum Instituto prorsùs aberrantem. Ac quidem cum Verbum Dei, quod, Apostolo teste, omninò esse debet sanum, ac salutare, multiplici lue, per plures, ex ipsis Evangelii Præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiss. D. N. decrevit contagionem universo Gregi, tam exitiosam, longèque patentem, omni Apo-

ſtolicæ authoritatis conatu, prorsùs exſcindere; Nam quæ peſtis eſſe, aut excogitari violentior ea poteſt, quæ cibos ipſos ad vitæ præſidium inſtitutos, ipſaſque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis inſtrumenta, & præſentiſſima venena converteret? Verbum profectò Dei panis eſt ille vitæ, & intellectus, quo cibari, & aqua ſimul ſalutaris, qua potari fidelium Animas ab ipſis Religionis Chriſtianæ incunabulis, Redemptor Noſter edocuit. At verò ſi ſal, quod pro Dei verbo à Sanctis accipitur, per futiles Conciones evanuerit, in quo putreſcentia mortalium vitia condientur? Quinimmò ſi ſal idem, quod Prædicatores apertè ſignificat, per eloquentiam planè ſtultam, infatuatum fuerit, revera non ultra valebit, niſi ut conculcetur, & utinam jam non conculcaretur ab hominibus. Quæ enim miniſterio tam ſacro, majeſtas, qui decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas ineſt, quando plurimi, ut Paulus clamat, Verbum Dei adulterantes, aut jocis, tanquam hiſtriones, aut converſi ad fabulas, uti Poetæ, Auditores ſibi prurientes auribus, coacervant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamiſtrato, ac meretricio planè ſtylo, prædicationem fœdè corrumpunt? Mandat ergo Sanctitas Sua, zelo verè Apoſtolico accenſa, ut omnes Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterarumque Eccleſiarum Præſides, quorum præcipuum munus eſt, Verbum Dei adminiſtrare, Gregemque paſcere, tantis corruptelis occurrant, eaſque Concionatoribus opportunè ob oculos ponant, & fugiant à facie tot peſtium potiùs, quàm colubrorum. Et præſertìm univerſi intelligant,

quod

quod per Hieremiam Deus illis indixit: Propheta,qui habet Sermonem meum, loquatur ſermonem meum verè; quid palea ad triticum? Numquid verba mea non ſunt ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras? videlicet oportere, Conciones non paleis refertas eſſe ad vanitatem, ſed igne veritatis ſuccenſas. Porrò ſciant,non levem eſſe culpam, ſed grande piaculum, graviſſimaque pœna mulctandum, ubi per ſcurrilitatem Verbum Dei, velut in ſcenam adducunt, atque Auditoribus deridendum traduxerint. Prætereà, neque per quæſtiones curioſas, ac paradoxa vana, ità ſupra captum Populorum aſſurgant, ut verè querantur: Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: ſimilitèr, neque per illecebras inanium verborum res, non minùs vanas obtrudant, & per oſtentationem memoriæ,atque pronunciationis præcipitantiam, quaſi præſtigiis Auditorum animos,aureſq; ludificent. Quamobrem Antiſtites, per ſe, ſi tempus vacaverit, tum in Cathedralibus, tum in aliis Eccleſiis, ſeriò animadvertant,& in Diœceſi Vicariis Foraneis,aliiſq; Miniſtris, probiſque Viris, à quibus ea ſuper re relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac ſi Concionatores normam hujuſmodi tranſgreſſos compererint, eos à prædicationis munere ad tempus beneviſum ſuſpendant, aliave ratione pro modo culpæ plectere curent,ſubrogando interim alios, qui ſalutari modo Populo oſtendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœleſtem gloriam valeant conſequi. Eminentia igitur Veſtra, in Civitate, ac

 Diœ-

Diœcesi ejus curæ credita, Sanctiſs. D. N. Juſſibus, proprioque muneri ſatisfacere non gravabitur, idemque ſuis ſuffraganeis, vel qui Synodo Provinciali intereſſe conſueverunt, ſignificare. Et Em. V. manus humillimè deoſculor. Romæ 6 Julii 1680.

Humillimus, & Addictiſs. Servus
F. CARD. COLUMNA.
S. Archiep. Brancatius Epiſc. Viterbien. Secr.

XXVI.

Declaratio Sacræ Congregationis ſuper Eleemoſyna Miſſarum.

CUm Auctores nonnulli ſcriptis ſuis typis editis aſſeruerint, Sacerdoti pro alio Miſſam, recepta Eleemoſyna celebranti licitum eſſe aliam Eleemoſynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, ſeu valoris ejuſdem Sacrificii ipſimet celebranti debitam (*ſpecialem nuncupatam*) applicet, ac proindè hunc caſum ſub Decreto Sac. Congregationis Concilii prohibente duplex pro unica Miſſa ſtipendium, ſeu Eleemoſynam recipi, non eſſe comprehenſum.

Propterea Sacra Congreg. &c. ſub die 25. Januarii 1659. cenſuit nulli Sacerdoti licitum eſſe præfata ratione, ſive prætextu aliam Eleemoſynam accipere, præter illam, quam accipit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur. Ac proindè caſum hunc eſſe comprehenſum in Decretis aliàs per eandem Sacram Congregationem Concilii

lii editis, quibus prohibetur, ne duplex ſtipendium pro una Miſſa recipiatur.

XXVII.

Decretum Sac. Congregationis Concilii de diebus licitæ vacationis à celebratione Miſſæ.

COLLENSIS CELEBRATIONIS MISSARUM.

MOdernus Epiſcopus Collenſis Diœceſis Viſitando comperit non ſine maximo conſcientiarum periculo plures irrepſiſſe abuſus in adimplendo mentem eorum, qui Miſſas celebrari mandarunt. Ad eos ergo tollendos, diſcutiendum, atque reſolvendum videtur.

Primo. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Cappellaniæ, Legati, aut Stipendii celebrare quotidiè Miſſam per ſeipſos, poſſint aliquando à celebratione vacare? & quatenùs affirmativè.

Secundo. Quando, & quoties à dicta celebratione vacare poſſint?

Tertiò. An diebus licitæ vacationis poſſint Miſſam pro ſeipſis, vel aliis, præterquam pro Fundatoribus celebrare? & quatenus affirmativè.

Quarto. An pro aliis celebrando poſſint ſtipendium pro hujuſmodi celebratione percipere?

Quinto. An illis diebus, quibus licitè vacant à celebratione, teneantur Miſſam ab aliis celebrari facere, juxtà intentionem Fundatorum?

Sexto. An Sacerdotes, ut ſuprà obligati celebrare Miſ-

ſam

ſam quotidiè, abſque tamen onere celebrandi per ſeipſos, poſſint aliquando à celebratione vacare?

Die 18. Septembris 1683. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum, & ſecundum reſpondit affirmativè concurrente aliqua rationabili cauſa. Ad tertium, quartum, & ſextum negativè. Ad quintum diſtulit reſolutionem.

Ità reperitur in Regeſto autographo Decretorum ejuſdem Sacræ Congregationis lib. 33. fol. 311. In fidem, &c. Hac die 30. Maii 1699.

Loco ✝ Sigilli.

F. Nuptius S.C.C. Secretarius.

XXVIII.

Decretum Sac. Congreg. Concilii de Oratoriis privatis.

N E A P O L I T A N A.

EMinentiſſimus Archiepiſcopus, ut in concernentibus Divinum cultum ſcandala, & abuſus omnes arceantur, ſupplicat à Sacra Congregatione declarari.

Primo, An liceat Epiſcopis in aliena Diœceſi erigere Altare extrà Domum propriæ habitationis in Domibus Laicis, ibique Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, non ad propriam devotionem, ſed pro ipſarum Domorum inhabitantiũ commodo celebrari facere per unum, vel plures ex ſuis Cappellanis, ipſo Epiſcopo ad quandam formam præſente, etiam quoad Miſſam ſolemnem? Se-

Secundo, An ipsismet Episcopis liceat ad placitum, & pro commodo amicorum erigere Altare, & celebrare in eorundem amicorum Domibus.

Tertio, An in Oratoriis, quibus ex Indulto Apostolico fruuntur Domus privatæ, liceat Regularibus celebrare, diebus exceptis in Indulto, seu prohibitis à Sac. Congregatione, vel Synodali constitutione Diœcesana, & an in hoc, & sequenti casu Missam ibi audientes satisfaciant præcepto Ecclesiæ?

Quarto, An celebrata in præfatis Oratoriis unica Missa in Apostolico Indulto concessa, liceat Regularibus eadem die aliam Missam ibidem celebrare?

Quinto, An Episcopis liceat in dictorum Oratoriis privatis celebrare, vel celebrari facere, ipsis præsentibus pro commodo Dominorum fruentium ipsis Oratoriis celebrata jam unica Missa concessa in Indulto, & an in diebus exceptis in Indulto, vel prohibitis à Sacra Congregatione, vel Constitutione Diœcesana, ut dictum est de Regularibus in tertio, & quarto dubio?

Sexto, Quid Juris dictus Archiepiscopus habeat (quatenus negativè ad suprascripta dubia) contra ejusmodi Transgressores?

Die 30. Maii 1699. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Ad primum, secundum, & quartum, respondit negativè. Ad tertium negativè pro diebus exceptis in Indulto. Ad primum itidem negativè respondit, prout in tertio, & quarto. Ad sestum, quoad Regulares censuit posse

ſe procedere ad formam Sac. Concilii; quo verò ad Epiſcopos injungendum cenſuit, prout præſentis Decreti tenore injungit Eminentiſſimo Archiepiſcopo, quatenus moneat eoſdem Epiſcopos, & ſi moniti non abſtineant, certioret Sac.Congregationem.

CARD. SACRIPANTES PRÆF.

Loco ✠ Sigilli. *F.Nuptius S.C.C.Secret.*

XXIX.

Decreta Congregationis à Sanctiſſimo Domino Noſtro ſpecialitèr deputatæ ſuper Moderatione Indultorum ſuſcipiendi Ordines Extra Tempora à Jure Statuta.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Innocentius Papa Duodecimus pro paſtorali ſuo in commiſſum ſibi Gregem Dominicum zelo,ac tuendæ *Diſciplinæ* Eccleſiaſticæ ſtudio proſpicere volens, ne Indulta ſuſcipiendi extra Tempora à Jure ſtatuta Ordines nimis facilè concedantur, Congregationi particulari EE.DD. Cardinalium Carpinei, Caſanatis, Mareſcotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, necnon Illuſtriſſimorum DD. Sperelli, Campini, Sacripantis, meique Secretarii infraſcripti ſpecialitèr deputatæ expendendas commiſit Cauſas, ex quibus præfata Indulta tribui ſolent, ut Sanctitati Suæ referri poſſet, quæ ratio deinceps ineunda, moduſque adhibendus videretur in conceſſione ſimilium Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ædibus præfati Eminentiſſimi Carpinei die 10. Novembris, atque itidem 7.

De-

Decembris Anni currentis habita, re maturè discussa, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex Causis infrascriptis, videlicet.

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellaniæ ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus. Ob solatium Patris, vel Matris, dummodò quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator saltèm per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabilitèr vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendariis utriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus utriusque, vel saltèm Canonici Juris, seu Licentiatis, dummodò singulos præfatos Gradus in publica, & approbata Universitate obtinuerint; Iis etiam, qui saltèm per triennium sedulam Theologiæ studiis operam navaverint, ac tandem vigesimum sextum ætatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabilitèr vixerint.

E contra censuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, Literarum Apostolicarum Scriptos sit, seu Magister in Artibus, Nobilis, aut Præsens in Curia, vel quod Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fue-

rit, ad cujus ſervitii titulum ex Apoſtolico Indulto Clerici ordinari poſſunt, aut Onus Miſſarum, non tamen ex Beneficio proveniens, habere ſe doceat.

Inſuper cenſuit Indulta hujuſmodi deneganda eſſe iis, qui aliqua Diſpenſatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis; & Sede Epiſcopali vacante infrà annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Eccleſiaſtici recepti, ſeu recipiendi occaſione arctatj non fuerint.

Item nunquam concedenda pro Feſtivis Diebus continuis, ſed ſemper pro interpolatis aliquo temporis ſpatio arbitrio Epiſcopi definiendi.

Denique cenſuit Epiſcopos omnes, ac etiam Apoſtolicos Nuncios, & Legatos Literis in forma Brevis circularibus admonendos, decreviſſe Sanctitatem Suam Indulta prædicta non ità paſſim, ſed ex certis tantum, legitimiſque cauſis concedere, nec Epiſcopos ad eorum exequutionem aſtringere, ſed illam ſemper ipſorum arbitrio, onerata eorundem conſcientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiã ad Patrimonii titulum, niſi ad normam Concilii Tridentini ſeſſ. 21. cap. 2. Eos verò omnes, qui ab Apoſtolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra Tempora, vel aliis reſpectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præſcriptos ſibi in iiſdem facultatibus limites cujuſvis conſuetudinis, aut exempli prætextu tranſgrediantur.

Hæc autem omnia, & ſingula ſupraſcripta Decreta,

au-

audita ex me integra eorum relatione, Sanctissimus Dominus Noster laudavit, & approbavit, ac tam in Dataria, & Secretaria Brevium, quàm à cæteris omnibus Ministris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabilitèr servari mandavit, sublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta aliter, quàm ad formam eorundem Decretorum in posterum expediendi. Hac die 14. Decembris 1693.

Carolus Augustinus Fabronus Secret.

XXX.

Decretum circa promovendos ad Primam Tonsuram, vel ad Minores Ordines in Regno Neapolitano.

SAcra Congregatio Cardinalium negotiis Jurisdictionalibus Regni Neapolitani præposita, justis, gravibusq;adducta Causis de S.D.N.Gregorii XV. speciali ordine vivæ vocis oraculo desuper habito expressè præcipit, & mandat omnibus, & singulis ejusdem Regni Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis inferioribus legitimam facultatem habentibus, ut antequam ad primam Tonsuram, sive ad Minores Ordines aliquem promoveant, Parocho, seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant, ut nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoveri publicè in Ecclesia propositis de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligentèr inquirant, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum committen-

tem quamprimum transmittant, ut tam ex his, quàm ex Sacri Concilii Tridentini præscripto in cap. 8. sess. 23. de Reformat. adhibendis diligentiis sibi constet promovendos illis qualitatibus esse præditos, quæ per Sac. Canones, idemque Concilium requiruntur. Quod, & observent in literis dimissoriis concedendis, in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse. Dictæ autem literæ dimissoriæ uni tantùm, & certo Ordinario ad electionem concedentis in posterum dirigantur, & pluribus directæ, nullæ sint. Prædictaque vult inviolabilitèr observari, donec aliud fuerit ordinatum. Si quis verò contra formam præsentis Decreti fuerit ad primam Tonsuram, sive ad Minores Ordines promotus ab executione collati, & à susceptione Superioris Ordinis perpetuò suspensus sit, & ulteriùs condignis pœnis puniatur. Ordinans verò, vel dimissorias concedens, ultrà Divinam ultionem, quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Præterea iisdem Ordinariis enixe injungit, ut Decreta per Sacros Canones, Sacrumque Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, quoad delationem habitus Clericalis, & Tonsuræ, servitiumque Ecclesiæ præstandum, ità curent per hujusmodi Clericos observari, & in eos, qui contrafecerint, Statutis per ea pœnis animadvertere, ut ipsi nequeant de damnabili, circa hæc, negligentia redargui. Romæ decimo Kalendas Julii 1623.

OCTAVIUS CARD. BANDINUS.

Laurentius Campegius Secr.

In-

Instructio pro examine illorum Testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in Curia Eminentiss. & Reverendiss. D.Card.Urbis Vicarii, quàm in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

Feria V. Die 21. Augusti 1670.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo Domino Nostro Domino Clemente Divina Providentia Papa X. ac Eminentiss. & Reverendiss. DD.S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialitèr deputatis.

Cum aliàs per Sacram Congregationem Sancti Officii iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1658. & 1665. locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut præscriptis Interrogatoriis faciendis Testibus, qui ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero Conjuge, aut alias impediti ad secunda illicita vota transire satagebant: Videns nihilominus Sanctiss.D.N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas testium depositiones, necnon Parochos, & Notarios in casibus expressis, aut omittere, aut non observare eorundem Instructionum tenorem, & licet aliquando plene observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus.

Ideò

Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè considerata cum Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum injungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium, necnon Parochis, Notariis, & quibuscumque aliis respectivè, sub pœnis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sacræ Congregationis; Ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem præsens Decretum, & Instructio ad omnium notitiam facilius deveniat, decrevit, illa ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio Sancti Officii ejusdē Urbis per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, post duos menses à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perindè afficere, ac arctare, ac si illorum unicuique personalitèr notificata, & intimata fuissent.

Lettera

XXXII.

Lettera della S. Congregazione intorno all' Abito Clericale.

Foris. All' Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osserv. Il Sig. Cardinal Cantelmo Arcivescovo di Napoli.

Intùs verò. Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osserv.

IL zelo Apostolico, &c. Vuole in oltre Sua Santità, che V. E. invigili, che negl' Ordinandi concorrano tutti li requisiti prescritti dallo stesso S. Concilio sess. 23. cap. 4. 5. 12. e 16. de Reform. di modo tale, che quelli, che ne sono privi, non si ammettino nell' ordinazione: e similmente, che li promossi alla prima Tonsura, ò à gl' Ordini Minori adempiano esattamente il debito, che hanno di andare in Abito, e Tonsura, e di servire alle Chiese, alle quali saranno stati ascritti. Dandosi poi il caso, che alcuni non adempiano l'obligo sudetto, Sua Santità ingiunge à V. E. che prefigga loro servatis servandis termine competente ad adempirlo effettivamente sotto pena della privazione de' privilegi Chiericali, e non ubbedendo passato detto termine, parimente servatis servandis li dichiari privi de' medesimi privilegi. Succedendo poi qualche riassunzione di Abito, s'intende di lasciare ne i puri termini delle disposizioni Canoniche, se possa la medesima suffragare, & in quali circostanze. Et acciò l'E. V. non possa mai venir impedita nell' esecuzione di quanto, come sopra, si dispone, vuole Sua Beatitudine, che nelle prime instanze delle fraudi, e simulazioni sudet-

te ella proceda conforme la disposizione dello stesso Sacro Concilio nel cap. Causæ omnes de Reform.sess.24. non ostanti l'inibizioni, che le fossero fatte, ò le venissero presentate dal Tribunale di Monsignor Uditore della Camera, le quali non dovranno esser da lei attese in sospensivo, mà solo in devolutivo. Si compiaccia però V.E.(per conformarsi alla santa mente di N. Signore) adempire tutto colla sua solita esattezza,&c. Et all'E.V.bacio umilmente le mani. Roma 14. Giugno 1698.

Di V.E.

Humiliss.& Affettionatiss.Serv.
G. CARD. MARISCOTTI.
G.Vallemani Secret.

XXXIII.
EDITTO DEL S. OFFICIO.

Ad fol. 19. §. 5.

Noi Francesco Vescovo d'Ostia Barberino, Francesco Maria Vescovo di Porto, Brancaccio, Alterano del Tit. di Santa Prassede Cybò, Pietro del Tit. di S. Marco Ottobono, Lorenzo del Tit. di S. Grisogono Imperiale, Francesco del Tit. de' SS. Quattro Coronati Albizzi, Flavio del Tit. di S.Maria del Popolo Chigi, Paluzzo del Tit. di S. Gio: avanti Porta Latina Raspone, Giacomo del Tit. de' SS. Gio: e Paolo Rospigliosi, Ludovico del Tit. di S. Sabina Portocarrero, Giovanni del Tit. di S.Bernardo Bona, Federico del Tit.di S.Agnese fuor delle mura Borromeo, Gasparo del Tit.di S.Puden-

den-

dentiana Carpegna. Preti. Decio di S. Eustachio Azzolino Diacono per la Misericordia di Dio della S.Romana Chiesa Cardinali,in tutta la Republica Christiana contro l'Eretica pravità generali Inquisitori dalla S. Sede Apostolica specialmente deputati.

Essendo à Noi per la continua esperienza manifesto, che molti per malitia, altri per inobedienza, ed altri per ignoranza non sodisfano all'obligo, che hanno di denunciare al S. Officio li delitti spettanti ad esso, e che perciò soccedono grandissimi inconvenienti,ed errori non solamente contro i buoni, e christiani costumi, mà ancora contro la Fede Cattolica. Noi per tanto, a' quali specialmente deve essere à cuore la gloria di Dio, la conservatione,ed aumento della Fede Cattolica, e salute dell'Anime; volendo provedere à tanto disordine,con Apostolica autorità à Noi commessa, comandiamo in virtù di santa obedienza, e sotto pena di scommunica di lata sentenza, oltre l'altre pene prescritte da' Sacri Canoni, Decreti, Costitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, per tenore del presente Editto à tutte, e à ciascuna persona di qualunque stato, grado, e conditione, ò dignità, così Ecclesiastica, come Secolare, che frà il termine di un mese, dieci de'quali per il primo,dieci per il secondo, e dieci per il terzo termine peremptorio, si debbano rivelare, e giuridicamente notificare al S. Officio, overo à gl'Ordinarii tutti, e ciascheduno di quelli, de' quali sappiana, ò habbiano havuto, ò havranno notitia.

Che ſiano Eretici, ò ſoſpetti, ò diffamati d'Ereſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò difenſori loro, ò habbiano aderito, ò aderiſcono a' riti de' Giudei, ò Maomettani, ò de' Gentili, ò habbiano apoſtatato dalla Santa Fede Chriſtiana.

Che habbiano fatto, ò faccino atti, da'quali ſi poſſa argomentare patto eſpreſſo, ò tacito col Demonio, eſercitando incanti, magie, ſortilegii, porgendoli ſuffomigii, incenſi, per trovar teſori, ed altri intenti, chiedendo da lui riſpoſte, ed invocandolo, ed à queſto effetto promettergli obedienza, conſagrarli pentacoli, libri, ſpade, ſpecchi, ò altre coſe, nelle quali intervenga il nome, ed opera ſua.

Che ſi ſiano ingeriti, ò ingeriſcono in fare eſperimenti di negromanzia, e di qualſiſia altra ſorte di magia con entrare ne' circoli, far l'eſperimento della caraffa, del crivello, per trovare i medeſimi Teſori, coſe naſcoſte, rubate, ò perdute, e fare altre ſimili, e ſuperſtitioſe attioni ad altri fini, maſſime con abuſo de' Sagramenti, ò di coſe ſagre, ò benedette.

Che ſenza licenza dovuta ritenghino ſcritti, che contenghino hereſie, ò libri di Eretici, che trattano ex profeſſo di Religione, ò che gli habbino letti, ò tenuti, ò ſtampati, ò fatti ſtampare, ò li leggano, tengano, ſtampano, fanno ſtampare, introducano, ò difendino ſotto qualſivoglia preteſto, ò colore.

Che habbiano libri di Negromanzia, Magia, ò continenti incanteſimi, ſortilegii, e ſimili ſuperſtitioni, maſſime con abuſo di coſe ſagre.

Che

Che contro il voto sollenne fatto nella professione in qualsivoglia Religione approvata, ò doppo haver preso l'ordine sagro habbia contratto, ò contraha matrimonio.

Che vivendo la prima moglie pigli la seconda, ò vivendo il primo marito pigli il secondo.

Che contro i decreti, e constitutioni Apostoliche habbino abusato, ò abusino il Sacramento della Penitenza, servendosi della Confessione, e Confessionario à fini dissonesti, sollecitando in essi i Penitenti ad turpia, ed havendo con essi discorsi di cose illecite, e non convenienti al fine, per il quale è stato istituito.

Che habbiano proferito, ò proferiscono bestemmie ereticali contro Dio, la B.V. e Santi, ò proceduto à qualche atto di offesa, e disprezzo contro le imagini, ò figure rappresentanti il medesimo.

Che habbiano tenuto, ò tenghino occulte conventicole, ò radunanze in pregiuditio, disprezzo, ò contro la Religione.

Che habbiano indotto qualche Christiano ad abbracciare il Giudaismo, ò altra setta, contraria alla Fede Cattolica, ò impedito i Giudei, ò Turchi à battezzarsi.

Che non essendo ordinati Sacerdoti s'habbiano con sagrilego ardire usurpato, ò si usurpino di celebrare Messa, ancorche non habbiano proferito le parole della consecratione, ed habbiano presonto di ministrare il Sacramento della Penitenza à fedeli di Christo, ancorche non sia venuto all'atto dell'assolutione.

In oltre si dichiara, che quelli, i quali non denunciaranno, come s'ordina col presente Editto, non possono essere da alcuno assoluti, se non dal S. Officio, dopo che haveranno in esso giuridicamente rivelati i delinquenti, al che non possono sodisfare con bollettini, ò lettere senza nome, e cognome dell'Autore, ò altri modi incerti, de' quali non si tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Si dichiara anche, che la sudetta espressione de' casi di sopra da Noi specificati, da rivelarsi, non si escludono l'altri casi spettanti al S. Officio, che per altro sono compresi ne i Sacri Canoni, Costitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, nè meno col presente Editto s'intende derogato all'altre provisioni Canoniche, Apostoliche, & altri Editti dell'Ordinarii, ed Inquisitori.

Ed à fine, che del presente Editto non si possa pretendere ignoranza, comandiamo, che sia affisso, &c. Dal Palazzo del S. Officio questo dì 21. Settembre 1672.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco ✝ Sigilli.

XXXIV.

INNICO CARACCIOLO, per la Dio gratia, e della Santa Sede Apostolica Vescovo d'Aversa, ed Assistente al Soglio Pontificio.

Ad fol. 81. §. 2.

PErche l'applicazione più seria frà le cure gravissime del nostro governo Pastorale deve esser quella,

quella, la quale serva di guida à popoli, che caminano frà le tenebre delle sollecitudini secolari, tutto che sodisfatti del nostro Clero Aversano, di cui vogliamo dire con l'Apostolo: *Gaudium nostrum, & corona nostra est*, dovendo con occhio distintissimo invigilare, che si camini sempre più nella via della perfettione da quelli, che già sono ascritti alla Chierisia, e chiamati *in sortem Domini*, e che gl'altri, li quali bramano esser arrollati in così degna milizia, habbiano li requisiti, che ricerca graduazione sì speciale, anzi per sodisfare all'obligo strettissimo, che c'impone il nostro S.Paolo Protettore, e Dottore delle Genti: *Manus citò nemini imposueris*, prima di venire alla collazione degl'Ordini, ed imporre le nostre mani, habbiamo stimato necessario, dopo matura riflessione per promuovere solamente quei tali, che con la bontà de' costumi, e sufficienza della Dottrina, possiamo sperare, esser nostri cooperatori à guidar le anime à noi commesse al pascolo della beatitudine eterna; far precedere le seguenti monizioni, avvertimenti, & ordini, senza l'adempimento de' quali, ogn' uno sappia ò di non esser ammesso alla milizia Chiericale, ò di non esser promosso ad altri ordini superiori.

Dichiaramo intanto, che niuno sarà da Noi regolarmente promosso, & ammesso senza che habbia prima quattro fondamentali requisiti, cioè bontà di vita, dottrina sufficiente, servizio di Chiesa, e titolo di beneficio, ò patrimonio respectivè. E perche quelli, che aspirano alla detta promozione, & ascenso, sappiano ciò, che sono obli-

gati

gati adempire, e ciò che devono evitare per rendersi degni di conseguire il fine desiderato, habbiamo quì sotto compendiato in ristretto ciò, che devono osservare, sperando dalla clemenza dell'Altissimo, che farà cadere la semenza delle nostre sante insinuazioni in quori docili, perche fruttificando possano essere conosciuti habili ad essere degni ministri del Santuario. Dato in Aversa dal Nostro Palazzo Vescovale li 8. Novembre 1702.

INNICO VESCOVO D'AVERSA.

Compendio de' Requisiti, che devono havere gli Ordinandi secondo il grado de' loro ordini, senza de' quali indispensabilmente, e senza eccezzione di persone non saranno ammessi, ò promossi alla prima Clerical Tonsura, nè à qualsivoglia altro ordine.

Per la prima Tonsura.

PRimo: dovrà il Tonsurando presentare al suo Ponente, che gli sarà stato assegnato la fede della licenza di portare l'habito. 2. La Fede del Battesimo, e della Confermazione. 3. Del Matrimonio del Padre, e della Madre. 4. Della perquisizione nella Curia laicale, quando il Tonsurando sia arrivato all'anno decimoquarto per sapere se mai per l'addietro fosse stato inquisito. 5. Della vità, e buoni costumi, e d' havere freqūtato almeno due volte il mese i Santissimi Sacramenti della Confessione, e Communione. 6. Della frequenza della scola, studio, e profitto. 7. Del numero de' fratelli,

telli, e ſorelle, e chi di loro è il maggiore, e ſe di quelli, altro ſia Clerico, ò Sacerdote. 8. D'havere ſervito ogni feſta alla Chieſa, alla quale fù aſcritto, e ajutato il Paroco nell'amminiſtrazione de' Sagramenti, maſſime del Santiſſimo Viatico, ed eſtrema Unzione. 9. Delle trè publicazioni fatte in trè giorni feſtivi nella propria Parocchia tanto circa i buoni coſtumi, quanto circa il Patrimonio, quale havrà da eſſer vero, e non finto, ſotto pena di ſcommunica ipſo facto incurrenda tanto al Tonſurando, quanto al Conſtituente detto patrimonio, ogni qual volta il patrimonio ſia finto; e per ovviare ad ogni finzione il Tonſurando porterà al ſuo Ponente ogni documento del ſuo patrimonio neceſsario, & in valida forma. 10. Farà conſtare con fede autentica d'haver inſegnato ogni Domenica dell'anno la Dottrina Chriſtiana nella Chieſa aſſegnata, e d'eſsere andato à queſto effetto girando per il diſtretto della Parocchia per convocare i figliuoli. 11. Che ſempre hà caminato in habito longo, e tonſura.

Per gl' ordini Minori.

PRimo. L'Ordinando porterà al ſuo Ponente la fede della perquiſizione della Curia Veſcovale. 2. Le lettere teſtimoniali della prima Tonſura. 3. Fede d'haver ſervito alla Chieſa aſsegnata, come ſopra. 4. Dello ſtudio, e profitto, come ſopra. 5. Delle trè publicazioni in propria Parocchia circa la vita, e buoni coſtumi, come ſopra. 6. Della frequenza de' Sagramenti, almeno due volte il meſe. 8. D'havere inſegnato la Dottri-

na

na Christiana, come sopra. 9. D'havere sempre portato la sottana longa, tonsura, e chierica decente. 10. D'havere assistito alla Congregazione de' Casi, & alla lettione Teologale, se è Cittadino, e solo alla Congregazione de' Casi, alla quale suole intervenire il Paroco, se è de' Casali.

Per il Suddiaconato.

PRimo. Fede della perquisizione della Curia Vescovale. 2. Del Battesimo. 3. Del servizio della Chiesa, come sopra. 4. Dello studio. 5. Della frequenza de' Sagramenti, come sopra. 6. Della vita, e buoni costumi. 7. Delle publicazioni non solo circa i buoni costumi, mà anche il Patrimonio, fatte in propria Parocchia. 8. Lettere testimoniali dell'Accolitato. 9. Fede della Dottrina Christiana, come sopra. 10. D'havere fatto l'esercizii spirituali per dieci giorni. 11. D'haver portato sempre la sottana longa, tonsura, e chierica decente. 12. Dell'assistenza alla Congregazione de' Casi, come sopra.

Per il Diaconato.

PRimo. Fede di Battesimo. 2. Lettere testimoniali del Suddiaconato. 3. Fede delle publicazioni in propria Parocchia circa i buoni costumi. 4. Della perquisizione della Curia Vescovale. 5. Del servizio in divinis, & esercizio dell'ordine. 6. D'havere frequentato i Sagramenti della Confessione, e Communione ogni otto giorni. 7. D'havere fatta la Dottrina Christiana, come sopra. 8. Dello studio. 9. Degli esercizii spirituali.

10.

10. Di essere caminato sempre in habito longo, tonsura, e chierica decente. 11. Dell'assistenza alla Congregazione de' Casi, come sopra.

Per il Presbiterato.

PRimo. Fede di Battesimo. 2. Lettere testimoniali della collazione del Diaconato, ed il restante come sopra per il Diaconato.

Capi, sopra de' quali ogni prima settimana del mese i RR. Parochi della Città, e Diocesi d'Aversa sotto pena di suspensione ipso facto incurrenda, devono dare relazione alla Congregazione, destinata da Monsignor Illustrissimo per il buon governo delle anime.

Ad fol. 158. *ç*.8.

1. SE si sodisfano le Messe delle Chiese, Beneficii, Cappelle, e legati pii accettati, e posti in Tabella, e diano la nota di quelli, che l'hanno da sodisfare, come anco delli Coloni, & Affittuarii, che tengono in affitto la Terre, obligate alle Messe, ò censuarii.

2. Se nelle Chiese, Cappelle, ò Conventi vi siano delinquenti, ò fuorgiudicati, e del modo, e riverenza, con che si portano ne i luoghi sagri.

3. Se i Sacerdoti, e Clerici giocano à carte, ò dadi publicamente.

4. Se i Sacerdoti, e Clerici servono in divinis nelle Chiese, dove sono ascritti, ed essendovi mancamento, diano nota de' nomi, e cognomi di quelli.

5. Se li Sacerdoti,Clerici, e Religiosi pratticano con persone scandalose, e disonešte.

6. Se la Dottrina Christiana è frequentata, particolarmente dagli Clerici.

7. Se alcun Sacerdote, ò Chierico contumace, ò inquisito habita in quel luogo, e da quanto tempo.

8. Se vi sono usurarii manifesti, dandone nota de' nomi, e cognomi loro.

9. Se si espone il Santissimo, ò si publica alcuna Indulgenza anco ne' Conventi de' Regolari, ò si predica senza la licenza del Vescovo.

10. Se vi sono inimicitie publiche, e del modo, che si può tenere per rimediarvi.

Capi, sopra de' quali i RR. Parochi della Città, e Diocesi d'Aversa devono dare due volte l'anno relazione alla sudetta Congregazione sotto la medesima pena, cioè nella prima settimana di Maggio, e nella prima d'Ottobre.

1. I Nomi, e cognomi dell'inconfessi, come anco delli concubinarii, e dal tempo, da che hanno dimorato nel peccato.

2. Se vi sono zitelle, che possono pericolare, ò per la loro povertà, ò per mancamento de' parenti.

3. Se vi sono infermi, che non hanno il modo di governarsi, e se li Medici fanno loro la carità.

4. Se vi sono carcerati, che non possono mantenersi, ò pure, che non hanno il modo di uscir dalle carceri.

5. Se

5. Se vi ſono povere vergognoſe, che per la loro povertà non poſſono uſcire ad aſcoltar la Meſſa.

6. Se ſi ſono lette le Bolle, e i Caſi riſervati ne i tempi ſtabiliti dal Sinodo. In oltre ciaſcuno Paroco ſia obligato ogn'anno nella Paſca trà lo ſpatio di un meſe mandare nella medema Congregazione nota dello ſtato delle anime, dimorāti nella ſua Parocchia nel modo infraſcritto:

Huomini di Communione	num.
Donne di Communione	num.
Non atti alla Communione	num.
Inconfeſſi	num.
Meretrici	num.
Concubinarii	num.
Sacerdoti	num.
Chierici	num.
Religioſi	num.
Monache	num.

XXXV.

INNICO CARACCIOLO per la Dio gratia, e della Santa Sede Apoſtolica Veſcovo d' Averſa, Aſſiſtente al Soglio Pontificio.

Ad fol. 115. §. 6.

HAvendo per le diligenze, & attentioni havute nelle Viſite di queſta noſtra Dioceſi, conoſciuto, che ò per la lontananza, e negligenza de' Beneficiati, ò per la malitia degl'huomini ſi ſiano diſperſi, e ſtati da altri occupati li beni delle Chieſe, e Beneficii, come

Territorii,Case,Censi,annui Canoni, Jussi,ed altre rendite, delle quali, e per l'antichità de' tempi, e per la varietà di confini, non si è possuto havere certo raguaglio; benche nell'Editti delle stesse nostre Visite fusse stato ordinato, che ciascheduno Beneficiato, così de' beneficii Curati,portioni Parochiali, Rettorie, Beneficii semplici, e patronati, ò vero loro Procuratori, Affittuarii, & altri simili, havessero dovuto dar distinta nota, e relazione scritta, de' beni così stabili, sopranominati, come de' mobili, paramenti, vasi pretiosi, & altri utensili, pertinenti alle loro Chiese, e Beneficii respectivè, perche ad futuram rei memoriam, e per indennità delle medesime Chiese, e Beneficii,e per ogni altro giusto fine, si fussero registrati in un libro Magistrale, ò Platea, da conservarsi nel nostro publico Archivio Vescovale. Vedendo sin' hora non esser pienamente adempito il nostro giusto desiderio, e mancarsi da molti le imposte relationi, di nuovo col presente Editto perentoriamente ordinamo, e comandamo à tutti quelli, che godono in questa Città d'Aversa, e sua Diocesi, Beneficii Curati, portioni Parochiali, semplici,ò patronati, Cappellanie perpetue, e d'ogni altro qualunque modo si chiamino, e'l loro Procuratori, Agenti, Affittuarii, & altri, anco, che siano Canonici della nostra Cattedrale, e Procuratori, Agenti de' Signori Eminentissimi Cardinali, & Illustrissimi Prelati, sotto qualsivoglia titolo, che frà il termine di giorni venti numerandi dal giorno dell'affissione del presente Editto debbiano portare, consegnare, ò far dare in mano del Reverendo D. Francesco

cesco Gentile Edomadario della nostra Cattedrale, e publico nostro Archivario una fedele, e distinta relazione giurata, e sottoscritta di loro proprie mani, secondo l'istruttione posta quì sotto; Certificando tutti quelli, che mancaranno adempire quanto nel presente Editto da Noi viene ordinato nel termine prescritto, che si procederà, elasso detto termine, al sequestro de' beni, e rendite di detti Beneficii, nè mai saranno dissequestrati, se non havute dette relazioni, come sopra, e respectivè a' nostri sudditi procederemo anco alle pene arbitrarie. E perche si habbia un'accertato riscontro della verità, e si ripari alla negligenza, ò malitia di chi stà in obligo di fare dette relazioni, ordinamo, e comandamo al Molto Reverendo Canonico del Tufo Tesoriero della nostra Cattedrale, al Molto Reverendo Canonico Verde ultimo Soccollettore delle Decime, & al Reverendo D.Paolo Bove Esattore dello Spoglio di questa Città, e Diocesi, che frà il termine medesimo, sopra assegnato, debbiano consegnare, ò far capitare in mano dell'istesso D.Francesco Gentile la nota da loro sottoscritta, e giurata di tutti li titoli de'Beneficii, e nomi de' Beneficiati, ò Procuratori di quelli, secondo hanno ne' libri de' loro Registri, col di più delle rendite, & altro, di cui hanno cognitione. Et acciò il presente Editto venga in notitia di tutti, havemo ordinato, che si affigga ne' luoghi soliti, e vaglia, come se à ciascheduno fosse stato personalmente intimato. Dato in Aversa nel nostro Vescoval Palazzo à dì 25.Aprile 1702.

INNICO VESCOVO D'AVERSA.

Modo

Io N.N. possedo un Beneficio nella Città, ò Diocesi d'Aversa, eretto dentro la Chiesa Semplice, ò Patronato della Famiglia sotto il Titolo la cui dote, e beni consistono in Moja di Terra, Scampia, ò Arbustata, site nelle pertinenze di justa li beni di nel luogo, dove si dice la cui rendita ogni anno valutando il Grano à carlini 10. il Tomolo, & il Vino à carlini 25. la Botte, ascende alla summa di docati le tiene in affitto N. N. del Casale come per istromento, ò cautela per mano di Notar N.N.

Per affitto d'una Casa sita nel circuito della Parocchia N. N. justa li beni ogni anno docati

Per Censo Enfiteutico, ò Redimibile sopra da N. N. ogni anno nel Mese docati come per Istromento per mano di Notare N.N.

E così d'altri effetti se vi sono.

Dell'istessa maniera si faranno le Relationi de' Beneficii Curati, Rettorie, & altri respectivè.

Pesi de' medesimi Beneficii.

Per Messe docati

Per spoglio

Per Sinodo Cattedratico, ò Souventione

Per Pensione se vi è.

E così d'ogni altra Rendita, e Peso, con la maggior distintione, e chiarezza possibile.

Nell'ultimo si sottoscriverà il Beneficiato, ò Procuratore in questa forma *Io N. N. così denuncio, e giuro.*

XXXVI.

TASSA INNOCENZIANA

Del Foro Ecclesiastico nelle materie spirituali, ò vero dichiarazioni sopra quelle cause, e materie Ecclesiastiche, e Spirituali, nelle quali nel Foro Ecclesiastico, & Episcopale non si può, nè si deve esiggere emolumento alcuno, eccetto quello, che si dichiara per il solo Cancelliero, con la riforma degli abusi contrarii.

ESsendosi havuto ricorso alla Santità di Nostro Signore Innocenzo XI. per molti Vescovi, & Arcivescovi, & altri Prelati zelanti, acciò per sicurezza della loro coscienza, e per togliere ogni occasione di dubbio, che potesse nascere dalle diverse consuetudini delle Diocesi, & anche acciò non siano ingannati da' loro Vicarii, Cancellieri, & altri Ministri, e famigliari, si stabilisca una Tassa generale, & uniforme per il Foro Episcopale, ò vero Ecclesiastico, nè mancando i ricorsi de' Cleri, e de' Popoli, hà perciò la Santità Sua deputato una Congregazione particolare di due Signori Cardinali Prefetti delle Congregazioni del Concilio, e de' Vescovi, e di quattro altri Signori Cardinali delle medesime Congregazioni, e di due Monsignori loro Segretarii, e delli Monsignori Datario, & Auditori della Santità Sua, e da questa si è risoluto, non potersi nelle cause contentiose civili, criminali, e miste venire alla sudetta Tassa generale, senza la precedente notizia delle Tasse particolari di ciascheduna Diocesi, ò Provincia, potendo giuridicamente quella esser

esser varia secondo la diversa consuetudine regolata dalla diversità de' Paesi, e de' luoghi. Bensì doversi con qualche maggior chiarezza per togliere tutti i dubbii, e gli equivoci, dar fuori le dichiarazioni, che in più tempi, e diverse occasioni si son fatte dalle Sagre Congregazioni del Concilio, e de' Vescovi nelle materie Ecclesiastiche, ò vero meramente spirituali: acciò in tal modo sappia ciascuno quel che sia illecito, e si tolga ogni scusa, ò pretesto d'ignoranza, ò di consuetudine, dovendo in sì fatte materie l'osservanza essere da per tutto uniforme per la generalità de' Canoni, e Concilii, e particolarmente del Tridentino, in modo, che deve dirsi reproba, & illecita ogni contraria consuetudine, ò Tassa diversa in qualunque modo per l'addietro fatta, cõforme dalla medesima Congregazione si è stabilito, in modo, che le seguenti dichiarazioni debbano osservarsi da per tutto senza eccettuazione alcuna, sotto le pene contenute ne' Sagri Canoni, e Concilii, e di altre ad arbitrio del Sommo Pontefice, che sarà pro tempore, e nascendo qualche dubbio in contrario, se ne debbia consultare la sudetta Sagra Congregazione del Concilio, e non altrimente.

Nella materia degl'Ordini Sagri, e Minori, e prima Tonsura, così per la collazione, come per la facoltà, che ad altro si dia di conferirli, & anche per il loro esercizio, e per la facoltà di esercitarli in qualunque luogo, e qualunque tempo, si stabilisce la regola generale da non ricevere altra eccettuazione, che quella si dirà di sotto, e che nè il Vescovo, ò altro Prelato, nè il suo Vicario Generale, ò

Fo-

Foraneo, Cancelliero, & altr' Officiale qualsivoglia, nè Parenti, e Familiari, ò Servitori possano esiggere, e ricevere emolumento, e cosa alcuna sotto qualsivoglia colore, ò pretesto di atti per la giustificazione de' requisiti, ò vero di Tovaglia, Forbici, Pettine, & altro, nè sotto titolo di regalo, ò di mancia, anche se spontaneamente si offerisse, e desse, eccetto, che l'Ordinante possa ricevere l'oblazione della candela, secondo dispone il Ponteficale, à libero arbitrio dell' Ordinato circa la qualità, e peso; Et il Cancelliero, secondo la disposizione del Sacro Concilio di Trento per le lettere testimoniali della collazione dell'Ordine già dato, ò vero per le lettere dimissoriali per la collazione da farsi per un'altro Vescovo, possa ricevere la decima parte d'uno scudo di moneta Romana, cioè un giulio, ò vero l'equivalente nella moneta del Paese, e non più, da persone, le quali habbiano l'uso del denaro, non già da quei Religiosi, i quali non ne hanno l'uso, come sono i Capuccini, & i Minori Osservanti, eccetto, che nella collazione del Suddiaconato per gli atti, che si devono fare per la giustificazione della verità, e sufficienza del Patrimonio, ò vero del Beneficio, à titolo del quale si deve promovere, possa esiggere quell'emolumento, che sia proporzionato alla mera fatiga personale per la scrittura, e carta, senza che il Vescovo, ò Vicario, ò altr'Officiale nè direttamente, nè indirettamente ne possa partecipare in modo alcuno, purche detto emolumento non possa, nè debba eccedere un scudo d'oro, mà se la fatiga richiede minor mercede, si debba esiggere solamente quel me-

 no.

no. Mà rispetto agli altri Ordini, & alla prima Tonsura, non possa esiggere cosa alcuna sotto pretesto di registratura de'Brevi, e Dispense, e di altre Scritture, ò di presentata, e di qualunque altra giustificazione, e solennità, ò remozione d'impedimento.

Con dichiarazione, che se le sudette lettere testimoniali, ò vero dimissoriali contengono più Ordini, tuttavia non si possa esiggere altra mercede, che la sudetta di un giulio, sì che non si possa moltiplicare à ragione di ciascun'Ordine. Non sia però tenuto il Cancelliero à far una sola scrittura per più Ordini, quando questi siano stati conferiti in diversi tempi, e diverse ordinationi, mà volendo possa farle separate, non già rispetto à quegli Ordini, che si conferiscono in un'istesso giorno, come segue ne' Minori, ne' quali dovrà farsi una sola scrittura, e nelle lettere dimissoriali, che si diano per l'ordinazione da farsi per un'altro Vescovo à più Ordini, parimente non si possano moltiplicare scritture, nè possa esiggere cosa alcuna per il rogito della collazione degli Ordini, ò vero per l'accesso al luogo dell'ordinazione, con altro pretesto anche di mancia, e di regalo.

Nella materia de' Beneficii Ecclesiastici, quando si tratta di quelli, che come di libera collazione, ò vero come devoluti si conferiscono dal Vescovo, ò altro Ordinario Collatore, parimente si stabilisce la regola generale, che nè il Vescovo, ò altro Collatore, nè il suo Vicario, ò altro qualsivoglia Officiale, nè il Cancelliero, ò Parenti, familiari, servitori, possano esiggere, e ricevere emolu-

mento

mento alcuno, & altra cosa sotto qualsivoglia colore, e pretesto, anche di mancia, ò regalo, e volontario donativo, così se siano Curati, ò residentiali, come se semplici, ò non residenziali, & anche se siano Cappellanie manuali, mà solamente il Cancelliero per le lettere della collazione, compresa carta, sigillo, corde, & ogn'altra cosa, possa esiggere la mercede proporzionata alla scrittura, e materia, purche non ecceda la somma di giulii diece di moneta Romana, ò vero l'equivalente nella moneta del Paese, senza che si possa pretendere altra mercede, sotto qualsivoglia pretesto, e particolarmente per l'approvazione, e preelezzione nel concorso alle Chiese Parochiali. E per il possesso il Vescovo, ò Vicario, ò altr' Officiale non possa esiggere cosa alcuna, & il Cancelliero, se sarà dentro la Città, possa per il rogito, & ogn'altro atto esiggere giulii trè, se ne' Borghi, ò vero Suburbii giulii quattro, e se in altro luogo, i medesimi giulii quattro il giorno, e le spese di vitto, e viatico; Bensì, che se nel luogo del Beneficio vi sarà il Cancelliero del Vicario Foraneo, ò altro Notaro, si dovrà il possesso commettere al Vicario Foraneo, e suo Cancelliero, senza la necessità del viaggio del Cancelliero Episcopale.

Quanto a' Beneficii di provisione Apostolica, perche siano riservati, ò vero affetti avanti la loro provisione così ne' Beneficii curati, ne' quali per l'Ordinario si danno le lettere testimoniali alla Dataria dell'approvazione, e della preelezzione nel concorso, secondo la forma del Concilio di Trento, come anche negli altri Beneficii non curati,

rati, e particolarmente ne' residenziali, per i quali si sogliono dare le attestazioni alla Dataria sopra la vita, costumi, & idoneità de' concorrenti, per le dette lettere, non si possa esiggere, ò ricevere mercede, & emolumento alcuno in denaro, ò in altre cose sotto qualsivoglia pretesto, ò colore, anche di volontario donativo, mà si debbano dare affatto gratis.

E doppo la provisione per l'esecuzione delle lettere Apostoliche, quando siano nella forma graziosa, non possano il Vescovo, ò altro Prelato ordinario del luogo, ò suo Vicario, e Cancelliero, & altr'Officiale pretendere di doverne essere per necessità Esecutori, mà sia in arbitrio de' Provisti l'eleggersi l'Esecutore, & il Notaro per il possesso, mà se il Provisto eleggesse l'Ordinario officiale, & il suo Cancelliero, ò veramente se le lettere fussero nella forma, che si dice, dignum, indrizzate all'Ordinario, ò vero al suo Vicario, il quale perciò ne fusse necessariamente l'Esecutore, così nell'uno, come nell'altro caso, non essendovi legitimo contradittore, in modo che l'Esecutore sia mero, parimente il Vescovo, ò altro Prelato, & il suo Vicario, ò altr'Officiale, e suoi familiari, servitori, & attinenti, non possano, nè debbano esiggere, e ricevere emolumento alcuno, in quell'istesso modo, che di sopra si è detto ne' Beneficii d'ordinaria collazione, mà il Cancelliero possa per la copia, ò registro delle lettere Apostoliche, & altri atti, ricevere la mercede proporzionata alla fatica per la scrittura, purche non ecceda in tutto un scudo d'oro; Et essendovi contradittore, sì che convenga

di

di far processo giudiziale, la mercede del Cancelliero per la sua fatiga si possa stendere à due scudi d'oro,e non più, senza che il Vescovo, ò Vicario, ò altr' Officiale possa esiggere, e ricevere emolumento alcuno, mentre nelle cause Ecclesiastiche, e spirituali, ordinano i Sagri Canoni, che non ostante qualsivoglia consuetudine,il giudizio si debba interporre gratis.E per il possesso si osservi quell'istesso, che si è detto di sopra ne' Beneficii conferiti dall'Ordinario Collatore.

Nelli Beneficii di Patronato nascendo dubbio sopra l'esistenza del Patronato con il Procuratore fiscale, ò vero col provisto, che ne pretenda la libertà, si debba in tutto, e per tutto osservare quell' istesso, che di sopra si è detto ne' Beneficii di libera collazione col Contradittore; Mà se non controvertendosi l'esistenza, sia la controversia trà Compatroni, ò vero Presentati da essi sopra la pertinenza, in tal caso si reputi, come causa civile profana, e per consequenza si osservi la solita Tassa di ciascuna Curia, sino à tanto, che si faccia l'altra Tassa delle cause profane, civili, criminali, e miste.

Generalmente così nelle Cappellanie manuali, come nelle nuove fondazioni, & erezzione de' Beneficii, Cappellanie, Confraternità, Congregazioni, ò vero fondazioni, benedizzioni, e consegrazioni, e respettivamente Visite, & approvazioni di Chiese,e di Oratorii,così con l'autorità Apostolica, come con l'ordinaria, il Vescovo, ò altro Prelato, e suo Vicario, e qualunque Officiale, non possa esiggere, e ricevere emolumento alcuno, mà solamente

mente il Cancelliero posſa eſiggere quella mercede, che ſia proportionata alla ſua fatiga per la ſcrittura, purche non posſa eccedere in tutto uno ſcudo d'oro, ma ſia meno, ſe minore ſarà la fatiga.

Nelle cauſe, e materie, che riguardano il matrimonio, & i ſponſali, così per l'eſecuzione delle Diſpenſe Apoſtoliche matrimoniali, come per la giuſtificazione dello ſtato libero, ò che non vi ſia canonico impedimento, & anche per la Diſpenſa alle publicazioni, ò per la licenza di poterſi contrarre in caſa, ò in altro luogo, ò tempo inſolito, e proibito, ò che ſi poſſa contrarre in preſenza d'altri, che del Paroco, & ogn'altro atto, che occorreſse fare il Veſcovo, & il ſuo Vicario, & ogn'altro Officiale, ò Miniſtro, ò Familiare non poſsa ſotto qualſivoglia preteſto, ò colore, anche di mancia, e di volontario donativo, eſiggere, e ricevere emolumento alcuno, nè in denaro, nè in altre coſe, mà ſolamente il Cancelliero poſsa eſiggere la mercede proporzionata alla fatiga della ſcrittura, cioè nell'eſecuzione delle diſpenze giulii trè, e per i teſtimonii ſopra lo ſtato libero, ò che non vi ſia impedimento, un giulio per teſtimonio, purche in tutto non ſi ecceda uno ſcudo di moneta Romana, cioè dieci giulii, ò vero il loro equivalente nella moneta del Paeſe; Nõ comprendendoſi le cauſe contenzioſe trà i Conjugi ſopra la validità del matrimonio, ò vero ſopra la ſeparazione del Toro, ſtimandoſi queſta cauſa giudiziale profana, nella quale ſi oſservarà la Taſsa di ciaſcun Tribunale, ſin che ſi proveda.

Ge-

Generalmente in tutto quello, che riguarda i Monasterii delle Monache,& i Conservatorii di quelle Donne, le quali à guisa de' Monasterii, e Monache respettivamente vivono ritirate,il Vescovo,ò altro Prelato,il Vicario così generale, come particolare, e qualunque altro Officiale, ò Deputato,& il Cancelliero, & anche i Parenti, & i familiari del Vescovo, ò Prelato,e de'suoi Officiali, non possano esiggere, e ricevere emolumento alcuno in denaro, & in altre cose,eccetto che quelle comestibili,che siano proporzionate all'uso, e consumo proprio dentro trè giorni, anche con titolo di donativo, per l'ammissione all'habito Monastico, per l'approvazione del deposito della dote, per la Professione, per l'ammissione dell'Educande, & altre Donne secolari, per le renuncie, che si fanno dalle Novizie, per l'elezzione dell'Abbadessa, ò altra Superiora, per le licenze de' Medici, Chirurghi, & Operarii, per le licenze di parlare alle Monache, & altre, che sono nel Monasterio, per la deputazione de' Confessori, Cappellani, Procuratori, Esattori, & altri Ministri, e generalmente per ogn'altro atto, che riguarda al governo,mà solamente il Cancelliero per il rogito delle renuntie, e per gli atti,che convenga fare sopra la giustificazione del deposito della dote,possa esiggere la mercede proportionata alla fatiga della scrittura, purche non ecceda in tutto giulii cinque di moneta Romana, ò vero l'equivalente nella moneta del Paese.

Parimente per una regola generale da non soggiacere à limitazione alcuna, il Vescovo, ò altro Prelato, suo

Vi-

Vicario generale, ò particolare, Cancelliero, e qualunque altro Officiale, Ministro, e familiare, anche sotto nome di mancia, ò volontario donativo, non potrà esiggere, e ricevere emolumento alcuno, così in denaro, come in qualunque altra cosa in tutto quello, che riguarda l'amministrazione de' Sagramenti del Battesimo, della Cresima, della Penitenza, dell'Eucharistia, e dell'Estrema Unzione, anche per l'esame, & approvazione, ò licenza d'amministrarli; Anzi s'incarica a' Vescovi, e Prelati, e loro Vicarii, & Officiali, che non lo permettano a' Curati, & a' Confessori, & altri Ministri, e particolarmente nel prendere il piatto, ò altro vase, nel quale sia riposto il vase dell'Oglio Santo per l'Estrema Unzione, ò del Crisma nel Battesimo, ò vero tovaglie, fazzoletti, & altre cose, dichiarandosi tutto ciò illecito. Come anche à non chiedere, nè esiggere cosa alcuna per la benedizzione delle Donne infantate, quando doppo il parto secondo il Rito Ecclesiastico per la prima volta, che entrano in Chiesa.

In quelle Diocesi, nelle quali regna l'antica consuetudine, che il Vescovo, ò altro Prelato, & Officiale faccia il Testamento per l'Anima di quelli, i quali muojono ab intestato di quella somma moderata, nella quale secondo i Decreti della Sagra Congregazione, può esercitare tal facoltà, non possano esso, e suoi Officiali, Ministri, Parenti, e famigliari partecipare in modo alcuno, sotto qualsivoglia colore, ò pretesto, anche di povertà, mà il tutto si debba effettivamente applicare ad usi, ed opere pie, nè per l'adempimento di tal disposizione si possano in modo

al-

alcuno impedire, e ritardare la ſepoltura, e l'Eſequie, ò funerale al defonto, dovendoſi eſercitare giuridicamente l'azzioni ſopra i beni ereditarii, e ſi debba oſſervare la lettera circolare della Sagra Congregazione de' Veſcovi ſotto li 19. Agoſto 1678.

Come anche in modo alcuno ſi poſſano impedire, ò ritardare la ſepoltura, e l'eſequie, ò funerali a' defonti, così Cittadini, come foraſtieri per il pagamẽto di quegli emolumenti, che dal Veſcovo, ò dal Capitolo, ò dal Curato, e qualunque altro per la conſuetudine del Paeſe ſi pretendono, mà parimente rimangano illeſe le azzioni giuridiche ne' beni, ſopra i quali ſi dovranno eſercitare, ſenza che in modo alcuno ſi faccia repreſaglia al cadavere, ò vero, che ſi diano moleſtie perſonali a' figli, moglie, e parenti; Et ancora non ſi poſſa eſiggere coſa alcuna per la licenza di traſportare i cadaveri, ò vero di ſepelirli più in un luogo, che nell'altro.

Si dichiara ancora illecito ogni emolumento diretto, & indiretto, e per conſequenza ſe ne proibiſce al Veſcovo, ò Prelato, ſuo Vicario, e Cancelliero, & ogni altro Miniſtro, e familiare ogni eſazzione ſotto qualſivoglia preteſto, anche di mancia, ò donativo nell'infraſcritte coſe, cioè

Per la licenza, ò patente di predicare, così nella Quadrageſima, nell'Avvento, come in tutti gli altri tempi, & in qualſivoglia luogo.

Per la licenza di lavorare nelle feſte, anche per applicarſi ad uſi pii, sì che ſi dia onninamente gratis, e quã-

to alle contravenzioni d'haver lavorato, le pene tutte ſi applichino effettivamente ad opere, ò luoghi pii, ſenza participazione alcuna, benche minima,eccetto che all'Eſecutori, e Miniſtri inferiori, volgarmente Sbirri, per la cattura ſi dia la mercede proporzionata alla diligenza, e fatiga, purche non ecceda trè giulii in tutto.

Per la reviſione de' conti de' luoghi pii.

Per la recognizione, & approvazione, e publicazione delle Reliquie, dell'Indulgenze,& Altari privilegiati.

Per le licenze di queſtuare.

Per l'atteſtazione della povertà,ò altro requiſito,eccetto, che il Cancelliero poſſa eſiggere in tutto, e per tutto un giulio di moneta Romana,ò l'equivalente.

Per la licenza di eſſer aſſente dalla reſidenza,e generalmente per le dimiſſorie, che ſi ſogliono concedere à quelli, li quali partono di caſa per andar in altro paeſe.

Per le monitoriali per le revelazioni di ſcommuniche, così quando ſi diano da eſsa Curia, & Ordinario, come quando ſi publicano le lettere Apoſtoliche, eccetto, che il Cancelliero poſsa per la mercede della ſcrittura eſiggere un giulio ſolamente.

Per la dichiarazione dell' incorſo nelle cenſure, per la percuſſione de' Chierici, & altre ſomiglianti cauſe, e per la loro aſſoluzione, eccetto, che il Cancelliero per la fatiga della ſcrittura poſsa eſiggere giulii due,eccetto,che nell'eſecuzione de' Brevi della Penitenziaria, nel qual caſo per quel, che appartiene all'aſsoluzione, nè anche il Cancelliero poſsa eſiggere coſa alcuna.

Per

Per la facoltà di esercitar i Pontificali.

Per l'esecuzione de' Brevi Apostolici, ò vero licenza della Sagra Congregazione nell' alienazioni de' Beni di Chiese, e Luoghi pii, overo imposizione de' censi, solamente il Cancelliero possa esiggere la mercede proporzionata alla fatiga della scrittura, purche non ecceda in tutto giulii dieci di moneta Romana, ò suo equivalente, come anche per tutto quello, che appartiene alla difesa dell'Immunità Ecclesiastica, così personale, come reale, e locale, e particolarmente di quest' ultima non si possa in modo alcuno sotto qualsivoglia pretesto ricevere, & esiggere mercede, ò vero emolumento, mà il tutto si debba fare gratis.

Le pene, le multe, e le composizioni si applichino per intiero ad uso de' Luoghi pii, senza che il Vescovo, ò Vicario, e suoi Officiali direttamente, nè indirettamente ne habbiano participazione alcuna.

Il sussidio caritativo in quelle Diocesi, nelle quali sia solito esiggersi, e non altrimente si esigga solamente per una volta nel primo ingresso del Vescovo, secondo la Tassa solita antica d'anni 40. in dietro, sì che non s'attenda il solito più moderno da detto tempo in giù, nè si possa più esiggere sotto qualsivoglia pretesto, anche di volontario donativo.

Quanto alla Visita si osservino inviolabilmente il decreto del Sagro Concilio di Trento, e le dichiarazioni della Sagra Congregazione, e particolarmente da quelli, i quali concorrono alle spese de' cibarii, nè mediatamente,

nè immediatamente si possano ricevere regali, e donativi, anche di cose comestibili. Et ancora non si possa esiggere emolumento alcuno per gli atti della Visita, decreti, e presentate di scritture, ò vero per la revisione de' decreti delle Visite antecedenti, e della loro osservanza, mentre da quelli, i quali sono visitati si ricevono le spese del vitto.

Die prima Octobris 1678. facta per me infrascriptum istarum resolutionum, seu declarationum relatione Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. mediante illarum lectura de verbo ad verbum, Sanctitas Sua laudavit, approbavit, ac servari mandavit, earumque observantiam, & publicationem injunxit Sacræ Congregationi Concilii.

Jo: Baptista de Luca Præfati SS. D. N. Innocentii Papæ XI. Auditor, & Secretarius Memorialium.

Die 8. Octobris 1678. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inhærendo mandatis Sanctitatis Suæ, censuit præmissam Taxam, seu declarationes Typis dandas esse, & per literas circulares ad quoscumque locorum Ordinarios transmittendas, ut eas in Cancellaria in loco omnibus patenti retineri faciant, easdemque adamussim observent, & faciant observari.

F. CARD. COLUMNA PRÆF.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiep. Brancaccius Episc. Viterbien. Secret.

INDEX

INDEX TITVLORVM,

Qui in Appendice continentur.

Fide-

bus

FINIS.

ERRATA	CORRIGE
pag.13.versu 11.Exameni	Examini
pag.23.versu 10.fuerunt	furunt
pag.25.versu 5.Alumni	Alumno
pag.15.versu 8. Cauſſæ	Cauſæ
pag.7.verſu 13.Repeteant	Repetant
pag.17.verſu 4.Urbani VII.	Urbani VIII.
pag.45.verſu 19.Bonè	Benè
pag.48.verſu 16. Incideant	Incidant
pag.51.verſu 3.Epiſcopo	Epiſcopi
ibidem verſu 16.Suſpicione	Suſpicionem
pag.67.verſu 14. Quovis	Quodvis
pag.71. verſu 9. Quicunque	Quicunque etiam Regulares
pag.88. verſu 10. Ambobis	Ambobus
pag.91.verſu 5.Abſentes	Adſentes
pag.98.verſu 21.Abdictæ	Addictæ
pag.240.verſ.11.directione	directio